
Ut Sublime ferar.
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΛΟΓΓΙΝΟΥ
ΡΗΤΟΡΟΣ ΠΕΡΙ
ὕψους λόγου βιβλίον
DIONYSII LONGINI
Rhetoris
Præstantissimi
Liber
De grandi loquentia sive
Sublimi dicendi genere
Latine redditus
καὶ δοκίμων συγγραφέων
et aliorum notationibus
aliquot illustratus
Editionem curavit, et notarum
insuper auctarium adjunxit, G. L.
Cum Indice.
Oxonii,
Impensis Guilielmi Webb.
Will. Marshall.

MVSEVM
BRITAN
NICVM

IVVENTVTI ACADEMICÆ.

NOstis (*Adoleſcentes*) quàm mollis ſit animus diligentis, & ad quemvis ſenſum doloris argutus; qui non minori ſollicitudine utilitati publicæ proſpectum cupit quàm quieti ſuæ, ægrè feret capacem ſublimitatis indolem inter humiliora fordeſcere: rara eſt in vernanti ætate ea ingeniorum felicitas quæ monitorem non admittat; quò deſtinatum ſtudijs iter vel auſpicatò incipiat, vel alacriter pergat: multis, nec verborum tantùm, lenocinijs impetrandum à nobis eſt, ut docti eſſe velimus.

nus. Senſit hoc provida majorum muni-
ficentia, & abundè cavit nequid nobis ad
literas deſit præter nosipſos. Quam non
Illi laborum pariter & pecuniarum, in no-
bis poſitum, jacturam dixerim an impen-
ſam fecerunt? quibus tot codices & typis
& calamis exaratos, nullius linguæ, nul-
lius literaturæ generis immunes, ſolâ le-
ctorum paucitate infelices: nempe dum a-
lijs comprehendere non datur, alijs non
vacat, frigere patimur inter inſcios &
ignavos. At non ſic exteri; qui, & mitiori
patriæ cœlo, & indignantis Neptuni minis
poſthabitis, gregatim advolant, animarum
æquè ac facultatum prodigi Tanti illis
conſtat felicitatis noſtræ pars quantilla.
Iuvat Oxonii *ſtuduiſſe vel ſic. An lite-*
rarum majeſtas cum ſuprema illa &
ſceptri moderatrice hoc habet commune, ut
major *illi ſit* è longinquo reverentia?
Non committam ut alijs leges ponam do-

cendus

endus ipse: Næ ego tantus non sum ut
d præscriptum meum se componant quot-
uot uspiam sunt ex Apollinis familia:
ec erubescam tamen privatam studiorum
ationem in examen Vobis proponere,
eutiquam in exemplum. Humanioris lite-
aturæ desiderium (præfiscini dixerim)
nihi vel nascenti inditum, vel à teneris
dnatum ante alpha & beta; quod cum
etate crevit unà, & jam, temporis alum-
us, altiores egit radices quàm quæ facili
nanu divelli sustineant. Habetis confi-
entem, sed non reum: Sin aliter, crimen
st quod, securus de Catonis supercilio,
leprecari mallem quàm carere; nempe
uod crimen audit alieno veriùs præjudi-
io quàm merito suo. Pace vestrâ, Theolo-
i, non majori compendio ad sacras literas
tur quàm per profanas; nec in acie Chri-
tiana fortiùs militaverit, quàm qui in
Gentilium castris tyrocinium egit. Appello

fidem memoriæ vestræ, si quis tremenda fidei mysteria digniùs tractaverit, quàm cui religio non fuit, & in hisce sacris primitùs operari. Parva sunt, agnosco; sed & parva hæc non contemnendo, majores nostri magni evaserunt. *Nec quenquam terreat ætatis teneritudo, siquidem sororum omnium, non consortium dico, sed principatum ipsa Apolliniis lanugo demeruit. Nec quisquam artium difficultatem obtendat; invia sunt disciplinarum adyta, sed non-tentantibus, sed infestum scrupulis iter credere potiùs quàm scire volentibus: occlusæ scientiarum fores, non obseratæ; quotidianus reserantium numerus naturam imbecillitatis ream & Musas severitatis absolvit: felices animæ, nec in suam solùm commoditatem natæ! A quibus ego obnixè peterem ne ulteriùs contenti sint votis tantùm adesse poscentibus: ne humeros subtrahant nutanti reipublicæ literarum*

um Atlantes; nec patiantur tot adorandæ
ntiquitatis authores cum blattis solùm &
ineis in arenam committi; quin in liberta-
em asserant meliori luce non indignos;
allor, an in hoc versatur salus Græciæ?
ntempestiva verecundia est quæ cum in-
uria publica conjuncta; & certè in com-
iune peccat, qui nactus indolem negotiis
arem, non exercet: reus est virtutis suæ
ui non ostentat; & malè de ingenio æsti-
at, qui in umbra tantum specimina exhi-
et. Innocens ambitio est quæ ad eruditio-
em terminatur; imò ejusdem animi est
on sustentare ruentem & impellere: Eti-
m et indoctis conceditur, literis bene
elle; Dij meliora quàm ut in hoc subsi-
ant Atticorum filij. Ego equidem, serò
icèt, exorari me passus sum in discrimen
amæ meæ; forsan et in dispendium rogan-
is, nisi succurrat lectorum haud infre-
uens et expectata benignitas: quibus pro-
spexi-

ſpeximus de comite haud inutili, ut ſpero, certè non injucundo ad eloquentiam ituris; qui ſi dux viæ eſſe non poterit, index erit. Scriptorem damus non minorum gentium, Longinum περὶ ὕψους: *cujus dum præcepta exhibet eadem et exempla ſunt; Imo verò omnia in Illo magna, præter molem: Nec invitus credo quòd vel ob hoc vitium delicatioris ſeculi Genio commendatior accedet;*

Libros non legit ille, ſed libellos,

Tantùm addam, me cum lectorum vulgo hâc lege agere, Damnent, ſed legant. *Sub conditione iſtâ uti non graventur* Longino *meo ſpondere auſim, tot patronos habiturum eſſe quot lectores; nam et ſtylus et argumentum vel intelligentium palatis non ingrata futura ſunt, vel ego guſtum habeo non publici ſaporis.*

GERARDVS LANGBAINE
Collegii Reginæ apud
OXON: Socius.

ORNATISSIMO AC DOCTISSIMO viro, Dn. GABRIELI de PETRA *Collegæ amicissimo*, S. P. D.

VIDI eruditas tuas in *Longinum* lucubrationes, ornatissime Domine Collega, nec possum non tuam industriam & diligentiam maximopere laudare. Et quemadmodum hactenus te hortatus sum sæpius, ut inchoatam feliciter utilissimi & gravissimi auctoris interpretationem pertexere constanter pergeres: ita nunc te colophonem addidisse, & opus laudatissimum ad finem perduxisse, tibi Scholeq; nostræ, & toti Reipublicæ literariæ, quæ hactenus (ni fallor) tanti Auctoris versione Latinâ caruit, ex animo gratulor. Operæpretium verò facturum esse judico, si illum Rhetorum Principem, tuâ versione, notisque tuis illustratum,

publici juris feceris. Vale, & de literis benè mereri perge. *Lausan. Kal. April.* 1612.

T. T. Jacobus ad Portum
Academiæ pro tempore
Rector.

D. STEPH

D. STEPH. CASTROBELLO,

utroque Θεολογίας καὶ φιλολογίας nomine celebratissimo, Ecclesiæ Lustriacensis Pastori dignissimo GABRIEL DE PETRA.

DOCTISSIME Domine, quæ nuper in Ochiano tuo ut ἀκροατὴς imò κεντὴς novitii scripti à me rogatus ἐκ φρενῶν μυχῶ (quod dicitur) hoc est, ex adyto ut spero tui pectoris, πολὺ μὲν ἀλλὰ μάλα πιστῶς profudisti, vix credas quàm virium adspirârint novam & fœlicem auram. Velim jam animus, jam otium sit dirigendi & corrigendi quæ ego ad te, (labimur enim, neq; ἀλλὰ τοῦτο ἐγὼ) οὐ παντῶν αὐτάξιον ἄλλων recognoscenda mitto. Et in his quidem unum, solutionem nostram ad illam ἔκφρασιν, quî factum, ut tam diversâ ratione idem subjectum tractâsse videantur duo illi artis magistri longè præstantissimi *Hermogenes Tarsensis* Rhetor, & *Dionysius Longinus*. Quid etiam sentias de præmissa synopsi: in qua ut *Quintilius* nostri ævi, pro ingenii tui candore & acumine, deme, adde, muta. Num denique grata & tolerabilis

rabilis noſtra verſio. Illa enim (ut in aliis, maximè in hoc ſcripti genere) quæ tibi proba nullo ſeculo improba futura lucem ſpectare poſſe puto. Vale, vir ornatiſſime. Ex muſæo noſtro pridie Cal. Jan. quas ſalutares tibi precor Anno M.D.C.X.

DOMINO

DOMINO GABRIELI de PETRA humaniore & divinâ literaturâ viro politissimo, Professori apud Lausannenses Græcæ linguæ meritissimo STEPHANUS A CASTROBELLO.

GRATA mihi multis nominibus fuit, vir doctissime & amice dilectissime, tua illa προφρονεις καὶ προσφθογγοις. Ac omnium primum gratissimum fuit, quod si non dicis, tu non invius dici audies, sicut boni omnes, te juxta atque alios Lycei & Scholæ nostræ Lausannensis (semper enim nostram nescio quo modo & jure nostro nomine) indigenas Professores aliquos aliquo loco prodire & monimentis Præceptores illos olim nostros nominatissimos, (quod & quantum nomen illis invideat nemo) simul & solidam Principum nostrorum domesticam gloriam, seminarii inquam patrii & patriorum ingeniorum, excolendam nativam fœcitatem referre & memorare. Tum res mihi digna illa visa est, te de munere tuo perquam

præclarè & ſtudiosè cogitare. Nihil enim iniquius, nam etſi πλανᾶται πρεσβύτερον γνωμολογεῖν ἀμαθέστερον μᾶλλον, ſtudium fortaſſe noſtrum ætatem ſupplebit, & meritum, nihil iniquius, inquam, quàm munerum ſanctitatem & dignitatem aut turpi ignorantiâ, aut deſide & infideli ſocordiâ perdere, ac diſſimulare. At illud dignius te, nihil humile, ſed arduum cogitâſſe. Quid enim præter ipſam ſublimitatem ipſo *Longino* ſublimius? qui verbis præcepta, quod vix quiſquam cuiquam æquum & facile ſperet, nam per ſe ſunt κατασκευαστικώτατα, præcepta Rhetorica æquat, artem profeſſione exæquat, & ſeſe ipſe docentem ſuperat? At hactenus quantum audimus, neque Latinè loquitur *Longinus* tuus, neque explicatus neque illuſtratus in vulgus prodit ſublimitate admirabilis, multiplici difficultate circumvallatus. Nihil reſtabat ad omnem dignitatem quàm ex Iuſtitiæ, ut lege illa aurea quæ ſuum unicuique tribuit, pleniſsimè atque exæquatiſsimè illud καθ' ὅλης τροπῶν ſervares (niſi vocem indignabitur Philoſophus) & ipſam artem τεχνικὸς & ejuſdem artis Magiſtrum longè præſtantiſsimum *Longinum* ipſum typum atque exemplar ſublimis & grandis, ſi ulla ſit, orationis expreſsiſsimum, ſublimibus, & in ſumma dignitate conſtitutis viris, iiſdemque ſummè eloquentibus inſcriberes, atque eâ ratione omnia pleniſsimè exæquares. Næ tu id feciſti? & omnium quidem

dem calculo veriſſimo, digniſſimè cum duobus magnis & ſingularibus invictiſſimæ Reipublicæ *Bernenſis* luminibus, haſce tuas ſcholas cordatè nimis dicâſti, nuncupâſti, conſecrâſti. Ampliſſimo dico & ſapientiſsimo CONS. ALBERTO MANUELI & ABRAHAMO STURLERO Quæſtori longè clariſſimo. Quid enim (bona cum venia & gratia tua hoc dicam, nam ſub te dico) majus *Berna* videt? quid grandius audit ALBERTO CONS. MANUELE? Cum quo cui dubium eſt, quis ſeu eloquentiæ granditate, ſeu morum comitate ſit ſatis comparandus, quàm STURLERUS ille Deceſſoris incomparabilis VINCENTII DACHSELHOFFERI, *Fabii* alterius *Maximi* ſucceſſor digniſſimus. Itaque benè à te hîc ſervata omnia: neque enim in his quicquam, aut vix quicquam video quod ipſe quæras & deſideres, qui in ſynopſi judicioſiſſimus & κεφαλαιώτατος, in diagrammate διαλεκτικὸς, in verſione, dictione grandi, ſpiritu ſublimi, lacunis nonnunquam ipſis minimùm obvia aut ſatis proclivi, quamvis fidum vicilti interpretem. Nam ſiquid in his fortè ultra peccatum, quàm rectè cum tuo *Longino* ἁμάρτημα ἐυγνὲς nominas? ignavis, invidis, ac degeneribus animis animos eripis, bonis atque æmulis facis. Enimverò in horum cenſu debuiſti me potiùs legere ac numerare, & æquâ lege mecum agere, quàm eò me vocare quò vocas, tu iſtius

scripti κεπτὸν minimum ac minimè idoneum qui facis, & ἀπειρίαν addis, quî fiat, inquis, ut præstantissimi duo Artis Magistri *Hermogenes* & *Longinus* unum hoc idémque subjectum tam diversâ ratione tractârint. Nam quis te ista meliùs fecit aut faciet usquam, cui genius ingenium facit? Nam tu primus ista proponis: atque idem admones ejus esse, qui benè & doctè dubitârit, proximè dubitationem tollere, & rem ipsam docere, & ἐκ τῦ ἀπορεῖν εὐπορεῖν. Age tamen, siquidem ita vis, & si jam pridem resides animos desuetâque Musis hisce pectora in arma vocas & culpam præstas, & studio peccas qui mihi plus tribuis, quàm ipse aut postulem, aut ipse in me sentiam & agnoscam? Sequamur te, & quod censemus dicamus. Etiam μέγεθος, hoc est, grande dicendi genus, σεμνότητι, τραχύτητι, ζοφερότητι, λαμπρότητι, ἀκμῇ, ἀδρολῇ perfici *Hermogenianum* est, & *Hermogenianum* totidem esse species τῦ μεγέθους, & grandis orationis. Ego verò, ut hoc addam, aut redimam etiam, siquidem ita incidit, ἐν τῷ κάλλει μεγέθος perfici dixerim, etsi genus distinctum facit sicuti χρῶμα *Hermogenes*. Sed movet me res & ratio Philosophi passim scribentis τὸ καλὸν ἐν τῷ μεγέθει καὶ τάξει ἐστὶ, pulchritudo in magnitudine & ordine sita est. Itaque nullum animal παμμικρον καλὸν & pulchrum dici potest, sicut neque παμμέγεθες. Et alibi, ἐν μεγέθει γὰρ ἡ μεγαλοψυχία, ὥσπερ καὶ τὸ κάλλος ἐν τῷ

μεγάλῳ

μεγαλη σωματα· οἱ μικροὶ δ' ἀστεῖοι καὶ εὐμέτρητοι, καλοὶ
δέ. Magnanimitas in magnitudine ſicut pul-
ritudo in magno corpore conſiſtit. Itaque
rvi & puſilli homines elegantes & concinni
cuntur, pulchri non item. Idem de Oratione
ci par eſt: Orationem grandem quæ pulchra
ſe non poteſt, ſi grandis non ſit, pulchram eſſe
portet. Ac primùm quidem, ut iſta princi-
is repetitis decurram & repræſentem ſubje-
orum, rerum, & ſententiarum majeſtate &
gnitate gravem, σεμνὴν. Interdum caſtigatione
ajoris dignitatis perſonarum acrem atque
peram, πικρὰν. Interdum minorum perſona-
m inſectatione atque ἐπιφορὰν, vehementem,
δριμεῖαν, nonnunquam λαμπρὸν αὐτὸ παρὰ δεινότη-
τος & propriè virtutis conſcientiâ & præclarè
ſtorum & meritorum opportunâ aut coactâ
mmemoratione aut communicatione ſplen-
dam, tum in his ἀκμαίαν quaſi ſole meridiano
rventem, vigentémque: tum διὰ παντὸς λαμπρὸν
aſi ſolſtitium longo tractu lucem tenentem.
t τραχὺν ne granditate immani inculta atque
rrida monſtroſa & polyphemica ſit: tum
διὰ παντὸς perpetuâ ſtagnet nonnunquam con-
tatam γοργὴν, nec ſemper vaſtâ ſe mole mo-
ntem, caſtigandæ, inquam, moræ, & tardita-
& longi tractûs διαπτῶσιν (διαπτὼσις enim incidit
concitat) corrigendi: in ſumma varianda
t oratio & craſei omnium iſtarum idearum
temperanda. Hæc eſt ἀκρόασις Hermogenia-

ma de granditate Orationis. At *Longinus*, jam hîc à te audio, istas ideas & species neque nominat neque numerat, sed duntaxat quinque fontes aperit fusos atque excurrentes per universum sublime dicendi genus. 1. τὸ περὶ τὰς νοήσεις ἀδρεπήβολον, 2. τὸ σφοδρὸν καὶ ἐνθουσιαστικὸν πάθος, 3. τὰς σχημάτων πλάσεις, 4. λιπαρὰν φράσιν, 5. & ultimum, τὸν ἐν ἀξιώματι καὶ λόγοις σύνθεσιν. Hîc, amice doctissime, dignissimè quæris, quomodo possint ista conspirare, & συναληθεύειν. De fine respondes: Cogis deinde ista, & conducis in unum. Demùm comparatione analoga componis. Næ tu doctis, si me audis, nedum stultis atque otiosè curiosis satisfacis. Quid igitur dicam & superaddam, cui quidem tu nihil reliquisti aliud, quàm ut ista tam fœliciter indaganti ac definienti adstipulari & suffragari possim? Hoc quidem fortè differre φύσιν seu ortum theoreticum & γένεσιν, seu ortum practicum, sive, si ita vis, methodum doctrinæ & methodum πράξεως: ac videri *Hermogenem* Theoriam in his nudè tradere: singulas species persequi, & singularum accuratam anatomen instituere; *Longinum* autem praxim magis premere atque usurpare, & jam exercitatis politicis scribere. Sed dicam, quod vix attenditur, *Hermogenem* duo præstitisse *Longinum* de duobus illis unum suo proposito & consilio additum usurpâsse. Namque *Hermogenes* ubi omnem docendi doctrinam, &

prin

incipes formas, earúmque species tradidit; m idem tractatum περὶ τῦ πολιτικῦ λόγυ addi- t atque subjunxit, in quo πολιτικῷ λόγῳ omnis ea expressa est tanquam suo subjecto: Hoc t, hîc ubi omnes ideas permixtas μετὰ δεινότη- cernére atque agnoscere debeas: adeò ut λιτικὸς λόγ, nihil aliud sit quàm crasis & ξις omnium idearum. Quæ uti optima erit, ptimam etiam efficiet orationem politicam. n igitur: quare nulla oratio de qua loquimur randis adeò & sublimis usquam solitaria est & ota in toto, & aut σεμνὴ, aut ἠθικὴ, aut Cφο- ρὰ, aut λαμπρὰ, aut ἀκμαία, aut ἀγωνιστικὴ, aut αλὴ, aut γοργή. Istæ enim omnes ideæ facilè, t monuimus, μεγέθει cedunt & concedunt. Sed liquid tandem potiùs ex hisce omnibus unum, oc unum & illud contraxit & abstraxit, con- ummatum tuus *Longinus* profert, & πολιτικῦ όγυ tum ποιήσεως sententias ἀδρεπτόλυς, Cφοδρὸν ἐνθυσιαστικὸν πάθος, σχημάτων πλάσεις, ἡνιαίαν φράσιν, ύνθεσιν, partes totidem συστατικὰς atque inte- grantes in genere definit. Ac eadem tamen unt iis quæ per omnes ideas *Hermogenianas* usa sunt analoga atque antistropha. Habes gitur in *Longino* contractum *Hermogenem*, & ummæ, si ita dicere liceat, eloquentiæ sum- nam habes & poëmaticum & politicum λόγον, & quidem versantem in genere Deliberativo ν πρὸ Cυμβουλευτικῷ: quod genus præter pane- gyricum etiam, seu demonstrativum, auctore

Her-

Hermogene, ἀξιωματικὸν ὅτι καὶ ἐν τοῖς ποιοῦσι μᾶλλον πλεονάζει τὸ πάθος μὴ τὸ ὕψος καὶ φαινομένης λεπτότητος. Habes rursum, sicuti apud *Hermogenem*, corpus Doctrinæ ἐκ ὕλης fusum atque dispersum: Ita apud *Longinum* pressius, πλὴν χεῖρες τὰ ὑψηγορίας πανταχόθεν ἀναιρετέον καὶ συνθετέον ingenuos quinque ejus ipsius fontes. At tu de iisdem, vir Doctissime, quos olim jamdiu hausisti, penè dixi exhausisti, bibe largiter & studiosis propina liberaliter, qui sublimi spiritu magnificam Dei elogia atque eloquia personent, & te duce sublimi feriant sydera vertice.

Vale. Ex Ochiano nostro XVI Martij, Anno M. DC. XII.

DO-

OCTISSIMO AC SPE-
atissimo Domino GABRIELI DE
PETRA, in Academia Lausannensi
Græcæ Linguæ Professori dignissimo,
Longinum civitate Latina do-
nanti accinebat SAMSON
GENILLIODUS
Gymnasiarcha.

Dum pretiosa suis lustrant data munera templis
Indigena Latii, celeberrima numina, Musæ,
Una ait, Eloquij, quum tres sint ordine gemmæ
Ecce duas cerno tantùm: Quo fulget in auro
Tertia? quòve latet fano? Peregrata nec arces
Attenuis intravit nostras, decorata superbo
Nec fuit hæc nostro (Euterpe respondet) amictu.
At soror, en cernis (roseo nam diva tegebat
Ipsa sinu donum) vos cernitis aqua sorores
Numina. quid majus? nostris quid dignius aris?
Ergo ponamus meritò nunc marmore summo,
Carmineq; hoc tantum gratè signemus alumni:
Hinc ruit è PETRA tibi Nectaris unda profunda
Surgite, lateris magni LAVSANNA Lemanni.

TOT

ΤΟΥ ΦΡΑΓΚΙΣΚΟΥ ΒΛΟΝΔΕΤΟΥ
φιλοσόφου εἰς τὸν αὐτὸν διζυγον.

Γραικὸς μὲν ἦμι Λογγῖνος ὁ γεγηθὼς ὕμνος,
Τὸν μὲν γὰρ ἐκ Σικελίης γίνετο πέρι Πλωτίνου.

DE DIONYSIO LONGINO CASSIO, CRITICO & Rhetore præstantissimo.

QUæ patria, qui natales Dionysii Longini fuerint, incertum est. Græcum se profitetur sacit. 10. λέγω δὲ ταῦτα, εἰ καὶ ἡμῖν ὡς Ἕλλησιν ἐφεῖταί τι περὶ τούτων γνῶναι, id est, Hæc verò dico, quatenus etiam nobis ut Græcis hominibus de his aliqua permittitur cognitio: Sed quum fuerit Porphyrii Nobilis Tyrii præceptor: eundemq; ad se ex Phœniciam ex Sicilia revocat, teste ipso Porphyrio in vita Plotini, ἀξιῶν με [ὁ Λογγῖνος] ἀπὸ τῆς Σικελίας παρ' ἑαυτὸν ἐλθεῖν φορτίδα καὶ κομίζειν τὰ βιβλία τοῦ Πλωτίνου, φησίν. Flagitat Longinus, ut ego ex Sicilia ad se proficiscar in Phœniciam, ferámque mecum libros Plotini

ait

ac denique Palmyræ, quæ urbs est in Phœ-
cia Syriæ regione, Zenobiæ illius loci Reginæ
consiliis esset, non sine gravi conjecturâ ipsum
digenam suspicari liceat. Hoc saltem maxi-
æ auctoritatis virum fuisse, quam illi eximia
quâ inter suos excelluit, conciliavit tum pru-
entia tum eruditio: utrumq; verò, eruditio-
em inquam & prudentiam, qui fuerit conse-
untus ipse docet apud Porphyrium in vita
lotini, in libro qui inscribitur DE FINE *ad*
lotinum & Gentilianum, cujus libri initium
abes ibidem; ἔτι δέ, *inquit Longinus*, μικροῦ
τῶν ἰδεῶν ἐν ὀλίγῃ καὶ ἐν φανερᾷ λύσῃ νενοή-
ται, ὃς ἁπάντων μὲν ἐστὶν ἡμῖν ἰδεῶν ἡμῶν ἐν
ἀνδράσι σοφοῖς πολλοὺς τοὺς ἄνω τῶν ἐπιστημῶν,
on pauci Philosophiæ & politioris literaturæ
udiis excellebant me puero, vel saltem ad-
odum adolescentulo, quos quidem omnes
idere nobis contigit: quoniam à teneris an-
is multas passim regiones una cum parentibus
eragravimus. *De Longino sic scribit Suidas*:
Longinus, inquit, Cassius Philosophus Porphy-
ii Philosophi præceptor, multæ eruditionis
etiam Criticus fuit, *hoc est*, aliorum scriptorum
Censor judiciosissimus. *Quamquam quo ad*
primum illud negat Porphyrium in vita Pla-
tini, Plotino visum fuisse Philosophum. Sic
enim ille: Ἀναγνωσθέντας δ' αὐτῷ (τῷ Πλωτίνῳ) τὰ τε
περὶ ἀρχῶν Λογγίνου καὶ Φιλάρχου, φιλολόγου μὲν
ἦν ὁ Λογγῖνος, φιλοσόφου δὲ οὐδαμῶς, *id est*, Longini
&

& Philarchæi de principiis libro perlecto, Plotinus Longinum politioris literaturæ peritissimum pronunciavit, Philosophum verò minimè. *Sed quum* φιλόσοφος *significet etiam* περὶ λόγους καὶ παιδείαν σπουδάζοντα καὶ διαιρίβοντα, *literarum & disciplinarum humaniorum scientissimum, latiore significatione tum à Suida tum à Flavio Vopisco Philosophum pro Philologo: hoc est, pro eximia literatura & eruditione conspicuo crediderim vocitarum. Quod refero,* ὅτι ἐστὶ πολυμαθὲς, τὸ πολυιστορικὸν, *hoc est,* multarum rerum notitiâ præsignis. *Criticum fuisse addit, qualem verò & quantum! ex illius scriptis, quorum præter hunc* περὶ ὕψους *libellum fragmenta quædam extant apud Porphyrium in Plotini vita, & apud Eusebium* ἐναγγ. προπαρασκ. *lib.* 15. *tum maximè ex gravissimorum auctorum testimoniis intelligimus. Porphyrius inibi post recitatam partem Epistolæ Longini subjicit,* ταῦτα ἐπὶ πλέον ἐξητάσθη, καὶ ὑπὲρ ἡμᾶς κεκινηκότας ἡγούμενα, καὶ τὰ μὲν ἄλλα χαίροντα τῷ περὶ αὐτὸν διαλήγξαντι δεινὸς οἶα γέγονεν ἐν τοῖς περὶ τὸν ὕψους κείσις (*id est*) hæc apposuimus, ut ostenderem quid de Plotino nostri ævi Criticus summus judicârit, qui fermè suo tempore omnia Scriptorum opera discussit atque redarguit. *Et non ita multò pòst,* Ἀρετῶνι ὁ σοφὸς ἀνὴρ, καὶ ἐν τοῖς πρῶτος ὢν (*id est*) satis est ergo vir tantus judicióque primus. *Denique* ἐλλογιμώτατον, καὶ λογικώτατον αὐ-

ἐρα-

...a, id est, eximium & ad ingenia arguenda promptissimum virum appellat. *Eunapius Longinum* βιβλιοθήκην τινὰ ἔμψυχον καὶ αὐτοσχεδίαν αὐτῶν, *hoc est, scientiarum & disciplinarum omnium receptaculum quoddam, ut hoc pacto incredibilem & inexhaustam hominis eruditionem nobis ingerat, vocare non dubitavit: Quo tempore floruerit, scribit continuò Suidas,* ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ τοῦ Καίσαρος, *Aureliani Imperatoris temporibus vixit. Photius in sua Bibliotheca, Claudio imperante floruisse annotat.* ἐπὶ Κλαυδίου, *inquit,* οὗτος ἤκμαζε, καὶ τὰ πολλὰ συμπαραλαμβάνεται τῇ Ζηνοβίᾳ τῇ τῶν Περσῶν βασιλίδι, τοῦ ἀρχὴν καὶ πηχθέντα Ὀδαινάθου τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς πεπολεμηκότος. In plurimis adfuit Zenobiæ Osroënorum reginæ imperium tenenti mortuo jam Odenatho marito. *Quam ob causam tandem, victâ vinctâque Zenobiâ, interemptum ab Imperatore addit Suidas,* καὶ ἀνῃρέθη ὑπ' αὐτοῦ ὡς σύμπνους Ζηνοβίᾳ τῇ Ὀδαινάθου γυναικί, quòd cum Zenobia Odenathi uxore conspirâsset (*non consuesset, ut peram vertit Rhodig. Antiq. lect. libro* 18. *ap.* 26.) in Imperatorem, *uti ex Flavio Vopisco intelligimus, cujus hæc sunt verba,* Grave inter eos qui cæsi sunt de Longino Philosopho fuisse perhibetur, Quo Zenobia magistro usa esse ad Græcas literas dicitur: quem quidem Aurelianus dicitur occidisse quòd superbior illa epistola ipsius diceretur dictata consilio, quamvis Syro esset sermone contexta. *Illius porrò*

Epistolæ, quam Zenobia imperatori ipsius deditionem petenti rescripsit, exemplum ex eodem auctore appingere non gravabor.

Zenobia Regina Orientis. Nemo adhuc, præter te, quod poscis literis, petiit: virtute faciendum est quicquid in rebus bellicis est gerendum. Deditionem meam petis, quasi nescias Cleopatram Reginam perire maluisse quàm in qualibet vivere dignitate. Nobis Persarum auxilia non desunt, quæ jam speramus: Pro nobis sunt Saraceni: pro nobis Armenii. Latrones Syri exercitum tuum, Aureliane, vicêrunt: quid igitur, si illa venerit manus quæ undique speratur? Pones profecto supercilium quo nunc mihi deditionem quasi omnifariam victor imperas. *De Longini mortis causâ, eruditione, ejusdemq; in subeundo supplicio constantiâ, hæc Zosimus ex versione Leunclavij.* Zenobia culpâ semet eximens multos alios in medium producebat, qui eam veluti fœminam seduxissent, quorum in numero & Longinus erat, cujus extant scripta, magnam doctrinæ studiosis utilitatem adferentia. Ei convicto de his propter quæ accusabatur, statim pœnam mortis Imperator statuit. Quam adeò fortiter Longinus pertulit, ut illos etiam qui hanc calamitatem ejus, indigno ferebant animo, consolaretur. *Libros multos ediderat, quorum plerosque recenset Suidas, cujus hæc sunt verba,* ἔγραψε δὲ καὶ ἄλλα· Ἀπορήματα ὁμηρικά·

ξυσεως· εἰ φιλόσοφος Ὁμηρος· περὶ λύσεως ἐν βιβλίοις ϛ'. πῶς πρὸς τὰς ἱστορίας οἱ γραμματικοὶ ὡς ἱστορικὰ ἐξηγοῦνται. Περὶ τοῦ παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινόντων λέξεων, δ'. Ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις β'. εἰσαγωγικὸν. Λέξεις Ἀντιμάχου καὶ Κλείτου. καὶ ἄλλα πολλὰ (*ut verbi gratiâ* περὶς Πλωτῖνον καὶ Πεντηκοντάετον ὑπόμνημα, *quam justæ voluminis magnitudini parem fuisse scribit Porphyrius.* Περὶ ἀρχῶν βιβλίον *Plotino ut judicium ferret exhibitum. Item* Λογγῖνου πρὸς Πλωτῖνον καὶ Πορφυρίου Ἀμελίου περὶ τέλους. Περὶ τοῦ παλαιτέρων βιβλίων· *quæ opuscula omnia summa cum Reipublicæ literariæ jactura nobis perierunt. Hæc denique libellum istum verè aureum, ut dictum est, sed ut ita multis in locis mutilatum, ut & frequentibus lacunis sit perspicuum.*

Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τοῦ Λογγίνου ἀρκέσει.

IN DIONYSIVM LONGINVM *Synoptica Præfatio.*

SCRIPSERAT Cecilius quidam, haud dubiè Siculus ille Rhetor Calactanus, cujus meminerunt Dionysius Halicarnasseus, Quintilianus, & Athenæus Δειπνοσοφ. lib. 6. præter alia, libellum de grandi oratione: in quo tractatu, quum non uno modo peccâsse, pluribus observatis & notatis ejus erroribus, Dionysio Longino Critico, ejusdémque familiari Posthumio Terentiano videretur, quod putà stylo susceptæ materiæ (quippe humili nimis) dignitati non responderet; quod præcipuam de duabus partibus tractationis, solâ nempe τῆς ὑψους descriptione contentus, viam & rationem tantæ facultatis consequendæ neglexisset: quod ne sic quidem in priori illa suæ tractationis parte, ea omnia quæ in constitutionem τοῦ ὑψους veniunt, τὸ πάθος μεγαλοπρεπὲς, recensuisset: quòd privato quodam erga Lysiam affectu perperam Platonem ipse postposuisset, atque hujus generis plures alios errores commisisset, operæ pretium facturum se putavit auctor gravissimus,

viſſimus, juxtáque non ſui tantùm Terentiani (cui συντάγματιον inſcriptum voluit) ſed maximè literatorum omnium utilitatis ſtudioſiſſimus, ſi in compendium, quæ præcipua ſunt in hac doctrina de ſublimi oratione, redigeret. Quocirca præfatus ea quæ ad ſcribendum impuliſſent, ad rem aggreſſurus, in Anteceſſum, vice προοιμίου ad ſequentem doctrinam, quærit, ordine & neceſſitate adactus (quod nempe huic dubitationi niſi fuerit ſatisfactum priùs, ſequentia non poſſint ſubſiſtere) utrum arte τὸ ὕψος comprehendi poſſit, quia planè videatur eſſe à natura? Non it inficias, τὸ ὑψηγορικὸν φύσεως ἔργον εἶναι ἐν ἡμῖν, ſed tamen illud nihil eſſe niſi ars ipſa acceſſerit, quippe quâ naturalis illa ad granditatem diſpoſitio excitatur in nobis, ut nimium luxurians ceu fræno intra limites proprios contineatur. Hinc κατὰ παρέκβασίν τινα ad vitioſos digreditur tumores, τὸ περιττὸν ἀδὲς, καὶ παρενθυρσον, quibus frigida redditur oratio: cujus appoſitis exemplis, ad rem ἐπαγωγὸν, notas duas certiſſimas τοῦ ὕψους præmittit: atque his ita in anteceſſum progatis κατὰ πλῆθος ἐπιστήμας μέθοδον, quinque illis partes, ſive ideas enumerat conſtituítque, 1. Sententiarum amplitudinem & gravitatem: 2. Vehementem, & animos concitantem, qui enthuſiaſticus dicitur, affectum 3. Ornamenta hujus Characteris propria 4. Pra-

4. Præstantem phrasin; 5. denique aptam ad hæc in dignitate & sublimitate positam compositionem, de quibus singulis seorsim dicturum se pollicetur, si modo refutarit errorem Cecilii ad hanc partitionem; qui existimavit primum & secundum, τὸ ὑψηλὸν scilicet & τὸ ζωηρὸν πάθος, idem esse, qua distinctione, quid per utrumque intelligendum sit, paucis aperit. Hinc præceptum de maturè assuefaciendis ad grandia, oratorum ingeniis, & ab humilibus cogitationibus avertendis, grandium postmodum sententiarum nova subjicit exempla eaque varia; Ex quibus oblatâ occasione digreditur in comparationem Homeri cum Homero: Homeri, inquam, ingenii viribus florentis, Iliademque scribentis; & Homeri jam senescentis, Odysseam suam concinnantis. Hinc prætermisso altero sublimitatis fonte (quod seorsim περὶ ἐκ ζωηρῶν παθῶν alio libro scripturus sit, quemadmodum pollicetur & profitetur in fine sect. 2. & ultima hujus libri sub finem) alia quædam ἰδιώματα investigat persequiturque, verbi gratiâ, circumstantiarum præcipuarum delectum, earundemque in unum veluti corpus conductionem, cujusmodi sunt quæ rem vel comitantur vel consequuntur. Signa, πῶς αὔξησις, cujus præsens descriptæ plures esse species, prorsum amplificandarum varietate esse monet,

net, ejusdémque veram definitionem & dis-
crimen, quo tum à sublimitate ipsa, tum ab
argumentis & probationibus differt, subji-
cit: quibus omnibus appingit Ciceronis &
Demosthenis comparationem, ita ut hunc
Demosthenem inquam) ab Amplitudine &
Majestate orationis, illum verò à fusiori &
vehementiori oratione amplificationum
scilicèt, quibus excellit, beneficio, commen-
det: unde tertiæ virtuti locus in χύσει, quâ
non tam moveri, quàm perfundi & veluti
infusione quâdam foveri auditorem ipsum
asserit, μυθωδέστερον tamen, hoc est, grandio-
re hâc ipsâ virtute Orationem, exemplo
Platonis docet, quam quum ex ipsius & ali-
orum gravissimorum auctorum lectione in-
telligamus & comparemus nobis, hinc fit,
ut quartam addat virtutem τὴν μίμησιν, imi-
tationem præstantissimorum quorúmque
auctorum: quâ non aliter affici imitatores
ipsos affirmat, quàm Tripodi olim admotam
Pythiam oraculum consulentibus responsa
naturam moveri & incitari solitam ex vete-
rum monumentis intelligimus. His addun-
dit tum imitatorum exempla, tum de vera
imitatione aliquot præcepta. Quum verò
posteriores etiam formarum fictiones, quas
phantasias vocant, sint ἐνθουσιαστικὰς, adeóque τῆς
ἐνθουσιασμοῦ τινὸς, πνεύματός τινος. De iis etiam
quædam pro Compendii ratione tandem

dicendum esse censuit, posita generali τῆς φαντασίας definitione, & phantasiæ à phantasia ex diverso fine, distinctione; atque utriusque tum poëticæ tum rhetoricæ descriptione & illustratione, ut jam ex his constituere liceat grandem & vehementem orationem verè dici posse, quæ, habito præcipuarum Circumstantiarum in unum veluti corpus coalescentium delectu, amplificatione, præstantissimorum quorúmque auctorum imitatione, ac denique μιμήλεως, quas vocant, φαντασίας perficitur. Quoniam verò τὸ ὕψος sua sibi quibus circumfulgeat, vendicat ornamenta, hinc τοῖς χρωμασιν utriusque generis tum διανοίας tum λέξεως τὸ ὕψος πομπικὸν datus tertius locus: (secundum enim tenent, ubi τὰ παθητικὰ desiderantur, particulæ superiores ὑψηλοτέροι, de quibus hactenus dictum est) qualia sunt ὅρκος non tantum ἠθικὸς ἀλλὰ ξένος καὶ ὑπερφυὴς, insolens & magnitudine insigne jusjurandum, Interrogationes, & Percontationes, Asyndeta, Hyperbata, Polyptota, Congeries, Commutationes, Gradationes, Numerorum Temporúmque Enallagæ, Personarum commutationes, loco denique & tempore, adhibitæ Periphrases, quæ omnia ex tertio ὑψηγορίας fonte scaturiunt. Quarta causa & ipsa πομπικὴ τοῦ ὕψους his additur γενικὴ ἀρετὴ, id est, genus dicendi exquisitum positum in duabus partibus

ous, verborum delectu & tropis. Ait ergo
bus magnis exprimendis μεγάλα καὶ σεμνὰ ὀ-
ματα adhibenda esse. Quoad metaphoras,
on duabus tribúsve tantùm locum esse pos-
in eadem periodo, sed pluribus etiam, ubi
mpe, quum affectus torrentis instar agun-
r, eásque tanquam necessarias simul rapi-
t volvúntque secum magnâ copiâ, τὰ
ἐν χειμάρρου δίκην ἐλαύνεται, καὶ πλῆθος πολυπλη-
ται αὐτῷ ἐξ ἀνάγκης συνεφέλκεται. In gene-
, tropos in locorum tractationibus & in
scriptionibus usurpari percommodè, illu-
ri Platonis loco & exemplo demonstrat,
iorum tamen abusum eo diligentiùs ca-
ndum esse monet, quòd interdum idem
ato nonnullis eo laborare visus sit: ex quo
ctum ut Platoni Lysiam præferre voluerit
ecilius: quam ut non satis idoneam &
fficientem causam refutat Criticus, specie
hâdam λύσεως, quæ dicitur κατ' αὐτοφάσιον.
lto (inquit) peccârit sanè interdum Plato,
omnibus aliàs magnus. Non sequitur ta-
en inde Lysiæ, qui nunquam erret, post-
onendum esse, quòd majores virtutes plu-
bus virtutibus præstent in omni scripti ge-
re. Ad quam suæ sententiæ confirmatio-
em progreditur, propositâ hâc quæstione;
Utrum præstet oratio sublimis nonnunquam
rans, an mediocris quæ nunquam erret?
espondet, orationis virtutes non ex nu-

 mero,

mero, sed ex præstantia æstimandas es
Quam suam sententiam astruit & confirm
περὶ ἀναλογίαν τινὰ, id est, oratoriæ comm
nicationis specie quâdam, factâ option
diversi generis auctorum, quibus tande
appingit τὸ ὑψηλόν, ab humanis mentis & inge
præstantiæ magnificâ descriptione: Und
τὴν ἀντίθεσιν ἐπανάληψιν, quid de utroq
Scriptorum genere sentiendum sit, pronu
tiat, ἀναιρεῖται quidem & mediocribus a
ctoribus suam laudem non esse tollendam
At gravissimorum auctorum grande semp
sectantium genus dicendi, scripta ita suspic
ut unâ sublimitatis virtute alia vitia sive e
rata redimi & compensari posse; sempérqu
πεπτωκέναι illos Heroas, quales Homerus, De
mosthenes, Plato etiam aliquoties lapso
asserat, ac tandem artis cum natura amic
consspirantis conjunctionem requirat. Me
περὶ ἐπιθέτου, post benè longam digressionem
ad τὸ φαντασιῶδες reditus, de quo quarto Subl
mitatis fonte dicere cœperat suprà sectio
27. & de Metaphoris 28, quibus jam hau
ita absimiles esse dicit Parabolas & Iconas, i
quibus proinde modum servandum esse cen
set. Quibus omnibus tandem quinta & ul
tima pars, eaque τὰ μεγάθους αἰτιώτατα ἢ ἐν ἀξιώσει
ἢ διάθεσι ζωώδεις adjicitur: cujus quidem ad
mirabili quâdam verborum conjunctione
descriptæ, accommodatè ad institutum vire

sequitur & illustrat, quòd non sit πρὸς
ον ἀλλὰ χρήσιμος, hoc est, non ad delecta-
nem modò, sed ad motum quoque ani-
rum valeat: in qua Pyrrhichios ut &
ntrarios Trochæos, Dichoræos, & id ge-
alias brevibus syllabis constantes dicti-
, concisam item, hoc est, mutilatam ora-
nem, exilia verba diligenter cavere jubet,
c finem facturus περὶ τῆς χορηγίας ὑπομνήμα-
e Corollarii quærit, quî fieret ut suâ jam
ate non tam præclara, ut anteà, vigerent
genia. Hanc ὑπόθεσιν ut lubricam & peri-
losam non suam sed philosophi cujusdam,
νόμως tamen, esse dicit, ut prioris solutio-
invidiam declinet, quippe quâ non me-
criter Imperatorem offendi posse suspi-
atur meritò: Causam enim τοσαύτης ἐπα-
μεγάλων φύσεων mutatæ Reipublicæ formæ
buit, eámque collatione utriusque De-
cratici & Monarchici statûs ad institu-
n accommodatâ firmat. Quod sub illo,
mocratico inquam, fuerit μεγάλων φύσεων
ὑπὸ πλήθους ἡ εὐδοξία: contrà, devolutâ re-
n summâ ad unius arbitrium successerit ἡ
δοξία, quæ non aliter quàm τὰ γλωττόκομα
γμαίων αὐξήσεις κωλύοντα oratorum ingenia
custodia contineat, ut jam non oratores,
l adulatores insignes nascantur & emer-
nt: quam tamen solutionem tanquam
lgi, ut minùs idoneam cautè eludit &
elevat

elevat in gratiam Aureliani, qui tum rerum potiebatur, à querula hominum natura præsenti rerum statu nunquam acquiescentium, substitutis aliis causis, avaritiâ, voluptate, divitiis, fastu, arrogantiâ, luxu, contumeliâ, insolentiâ, negligentiâ, corruptissimi denique sui temporis moribus: quibus factum, ut amissâ libertate, unius Imperio Rempublicam subjici è re ipsius fuisse, apposità brevissimâ ad insequentem, qui non extat hodiè, περὶ τῆς πολιτικῆς libellum περιέχοντι, concludat.

ΑΠΟ

ΠΟΡΙΑΣ ΦΙΛΟΣΟ-ΦΙΑΝ ΕΧΟΥΣΗΣ ΛΥ-ΣΙΣ necessariò præmissa.

QUum *videantur duo illi artis dicendi coryphæi (Hermogenem Rhetorem illum præstantissimum & Dionysium Longinum* τῶν τεχνογράφων κεφαλαιώτατον *intelligo)* μεγέθος *(quod Hermogenis verbum)* τῆς ὑψους ἢ ὑψηγορίας, ἢ μεγαληγορίας, ἢ μεγαλοφυΐας, καὶ ἐξαιρέσεις *(quæ sunt Longini vocabula) nominibus idem intelligere: Quæritur fiat ut idem subjectum tam diversâ ratione tractârint: Notum enim* τὸ μέγεθος *Hermogene in suas tributum species,* ἀφθονία, πραγματικὴ, ζηλωτὸν, λαμπρότης, ἀξίωσις, καὶ ἀφειδολία: *& unicuique speciei sententias & ornamenta propria assignata fuisse, quibus ceu notis & differentiis propriis quæque ab idea distinguitur: contrà, nullam fieri à Longino* τοῦ μεγέθους ἢ τοῦ ὑψους *specierum men-*

mentionem ; ſed duntaxat quinque, vel
quas ille vocat fontium, à quibus omnem
orationis græditatem, cujus tandem
illa ſit ſpecies, derivat. Verum enimvero
tam diverſæ ejuſdem hypotheſeως tractan
ratio, non aliundè orta, quàm ex diverſo ſi
propoſito utrique auctori: Hermogeni en
artem dicendi perfectiſſimè tradere in a
mo fuiſſe nemo neſcit: Dionyſium contr
neglecto hoc ſcopo, iſtius partis Rhetori
ſeu ſpeciei δεινότητα, & (ut loquuntur) ſu
mum tantùm apicem ſectari. Non enim
rationis, ſed jam in arte exercitatis ſcrib
ſe profitetur. πολιτικοῖς, φιλοσόφοις, ἀνδράσι, μ
λίσσα ἢ φιλτάτῳ παιδείας ὀνόματι Terentia
ſuo. Quocirca in καταςάσει doctrinæ ſuæ, v
ἀεροβατεῖσθαι ὥσπερ ἔδαφός τι κοινὸν, πλὴν ἐκ
κέχρηνται ἁπάντων, ἢ πάντα τὰ ὕψους ἰδέαις, ἃς χ
ἦλθε δεῖν ὅτι μάλιστα : Atque eò ſe collinea
profitetur ipſe (quod neglexit Cecilius)
doceat quo pacto noſtra ingenia in aliquanti
lum Amplitudinis incrementum proveh
quiſq; valeamus, ſi ὅτε ἕκαστος τῶν ἑαυτῷ φύ
ἀφέξειν ἰκανοῦ ἂν εἰς πολὺ μεγέθους ἐπίδοσ
Atque adeò quo pacto grandis fieri po
Orator: quod naturæ vel artis beneficio n
bis contingere docet (in utriuſque ver
conjunctione omnibus conteſtantibus conſu
mæ facultatis terminum ſtatuit) duos pri

fontes αὐθυγενεῖς à natura, reliquos verò
ab arte scaturire asserit: à quibus fon-
es ita grandiorem deducit, ut seorsim
m aliquid per se possint singuli: ut solâ
m Cωδίκι Demosthenem interdum, fermè
per Euripidem μεγαθωΐζειν & assurgere
mplis luculentis demonstret. Et hoc re-
ctu πηγὰς fontes nominavit: quatenus verò
ul vel omnes, vel aliqua concurrũt, μοίρας
τελέους εἰς τὸ ὕψος vocavit. τῷ ἐμπεπόλῳ
τας ἰδέαις, ἀκράτοις, ἀμίκτοις, ἀνεπιβολῆς
ας, ut τῷ Cωδρῷ ἐπιτεχνήσεως πάσης γρα-
τ&, Cωδίκι &, & id genus alias senten-
inclusit. At quod amplexi φύσεως ἔργον ἐν
refero, quæ de præcipuarum circum-
tiarum delectu & coïtione in unum ve-
corpus, de amplificatione, furâ & co-
â oratione, de imitatione & phantasys
per ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ positis adjiciuntur, quæ con-
ò deinde traduntur de figuris utriusque
ris διανοίας & λέξεως, de phrasi præstanti,
pta verborum membrorumq; junctur â
ompositione τῇ τέχνῃ, hoc est, arti, illa
ia accepta referenda, sub quibus ἐννοιῶν
δν, λέξιν, Cωδίκλω, ἀνάπαυσιν, ῥυθμὸν ne-
riò comprehendi puto. Atque hoc modo
llimè utrumque auctorem conciliari posse
ltimo: ut videatur se habere Hermogenis
torica ad ἰδέαν τοῦ ὕψους præstantissimam

Longini

Longini doctrinam, quomodo Analyti
priora ad ἀπόδειξιν, hoc est, ut id videat
esse in universa Elocutione τὸ ὕψος, quod
in Analyticis ἡ ἀπόδειξις. Χαιρέτω
δ' ὅμως ἔπαινος οἷς ἥδεται.

ΕΚ ΤΩΝ ΣΟΥΙΔΑ ΠΕΡΙ ΛΟΓΓΙΝΟΥ.

Λογγῖνος ὁ Κάσσιος φιλόσοφος, διδάσκαλος Πορφυρίου τοῦ φιλοσόφου, πολυμαθὴς καὶ κριτικὸς γραμματικός. ἦν δὲ ἐπὶ Αὐρηλιανοῦ τοῦ Καίσαρος, καὶ ἀνῃρέθη σὺν αὐτῷ, ὡς ἔμπυνος Ζηνοβίᾳ τῇ Ὀδαινάθου γυναικί. ἔγραψε δὲ κατὰ Φοιδίου· Ἀπορήματα Ὁμηρικά· εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος· προβλήματα Ὁμήρου, καὶ λύσεις ἐν βιβλίοις ϛ'· πίνακας ἰσοειδεῖς οἱ γραμματικοὶ ὡς ἰσοειδὲς ἐξηγοῦνται· καὶ σὺν παρ' Ὁμήρῳ πολλὰ σημαινομένων λέξεων, δ'· ἀπλῶν λέξεων ἐκδόσεις ϛ' εἰσὶ δὲ καὶ στοιχεῖον· λέξεις Ἀντιμάχου καὶ Κλέωνος· καὶ ἄλλα πολλά.

De Longino, ex Suida.

Onginus Cassius, Philosophus, Porphyrii Philosophi Præceptor, vir multæ eruditionis, Criticus; floruit sub Aureliano Cæsare, à quo etiam morte affectus est, eò quòd cum Zenobia Odynati uxore conspirâsset. Scripsit Oratione contra Phidiam, Dubia Homerica. An Philosophus fuerit Homerus. Problemata Homeri & solutionis lib. 2. Quæ præter historias ut historica à Grammaticis referuntur. De dictionibus varia significantibus ad Homerum, lib. 4. Atticarum dictionum commentarios 2. secundùm ordinem alphabeticum. Antimachi & Cleonis voces, & plura alia.

Eunapius ait Porphyrium Longini fuisse discipulum: deinde addit Λογγῖνος δὲ καὶ ὁ χρόνον ἐκεῖνον βιβλιοθήκη τις ἦν ἔμψυχος, καὶ θεσπεσίου μουσεῖον· καὶ κρίνειν ἐκεῖνος τοὺς παλαιοὺς ἐπιτέτακτο, καθάπερ δὴ καὶ ἐκεῖνος πολλοὶ ἕτεροι. Addit & alia de eodem nonnulla valdè honorifica.

DIONYSII LONGINI, DE SUBLIMI ORATIonis genere, LIBER.

LIBELLUM Cecilii, quem de Sublimi genere Orationis concinnavit, una inſpicientibus & revolventibus nobis, ut tute ſcis, Poſthumi Terentiane chariſſime, ſerpere humi viſus eſt infra ſubjecti totius dignitatem; & quæ ſint præcipua minimè attingere; atque iis qui in ipſum inciderint non multum conferre emolumentum, quô tamen maximè collineare decet eum qui ad ſcribendum animum appellit. Deinde, quum in omni artis tractatione & ratione duo requirantur, quorum prius quidem in demonſtratione ſubjecti, alterum verò (ordine poſterius, poteſtate autẽ & vi potius) in hoc poſitum ſit ut intelligamus quo pacto nobis hoc ipſum, & quibus viis parari poſſit; Cecilius tamen quale quidem exiſtat ſublime dicendi genus, tanquam ignaris, conatur permultis oſtendere: At quo pacto noſtra ipſorum ingenia, *ſive quas habemus à natura dotes*, ad aliquantulum amplitudinis incrementum pro-

ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΛΟΓΓΙΝΟΥ, ΠΕΡΙ ΥΨΟΥΣ ΛΟΓΟΥ, ΒΙΒΛΙΟΝ.

a Tertitulis librorum articulum ferè non adhibetur. adhibetur tamen aliquando: sic enim Aristoteles inscripsit, περὶ τῆς ποιητικῆς, Aristippus, περὶ τῆς παιδείας.

Ὁ μὲν δὴ [b] Κεκίλιος συγγεγραμμένον, ὃ περὶ ὕψους συνετάξατο, ἀνασκοπουμένοις ἡμῖν, ὡς δοκεῖ, καιρὸς, Ποστούμιε Τερεντιανὲ φίλτατε, [1] παντελῶς ἔφαινε τῆς ὅλης ἀπιδίοτον, [2] καὶ ἡμᾶς τὴν χρείαν ἐφαπτόμενον, ὠφελεῖσθαι, εἰς [3] μάλιστα δεῖ σχολάζειν τὸν μέλλοντα, ἀποτείνειν τοῖς ἐντυγχάνουσιν. [4] εἶτ' ἐπὶ φάσιν τεχνολογίας ἀνοῖν ἀπαιτουμένων, πρότερον μὲν, τὸ δεῖξαι τὸ ὑποκείμενον, ὕστερον δὲ τῇ τάξει, τῇ δυνάμει δὲ πρωτεῦον, πῶς ἂν ἡμῖν αὐτὸ τοῦτο, καὶ δι' ὧν τινων μεθόδων κτητὸν γένοιτο· ἔοικε ὁ Κεκίλιος, πάνυ μέν τι ὑπολείπειν τὸ ὕψηλὸν, διὰ μυρίων ὅρων, ὡς ἀγνοῶν, περιφέρειν δεικνύναι· τὸ δὲ ὅτι ἕξιν τινὰ τῶν ἑαυτῆς φύσεις προάγειν ἰσχυρίζεται ἂν

b Hic putatur esse Cecilius Rhetor Siculus, qui Romæ floruit æqualis & amicus Dionysii Halicarnassæi. Hujus, præter Longinum meminerunt Dionys. Halicarnass. Quint. Plut. in vita Demosth. statim abinitio. Athenæus Δειπνοσοφ. lib. 6 Patria ejus Καλὴ ἀκτὴ, vulgò Καλάκτη, oppidum in littore septentrionali Siciliæ.

provehere quisq; valeamus, nescio quo modo, uti non necessarium, omisit. Sed fortasse hunc virum non tam culpare propter defectus, quam ob hanc ipsius commentationem studiúmque æquum est laudare. Porrò, quandoquidem hortaris etiam nos, ut aliquid de Sublimi genere Orationis in tuam omninò gratiam commentemur, eia age, siquid jam videmur viris politicis animadvertisse utile, expendamus. Ipse verò, dilectissime, de particularibus, ut moris est, & convenit, unà nobiscũ demùm judicabis verismè: Appositè enim utiq; ille, quid Diis simile habeamus, designans, beneficentiam & veritatẽ dixit. Quum autem ad te amicissimum scribam, nec politioris humanitatis expertem, præmittendæ pluribúsq; tractandæ hypotheseos hujus curâ fermè liberor. Summum videlicèt & excellentissimum quid esse in tractationibus ipsam Orationis granditatem: ac Poëtarũ adeòq; auctorum celebratissimos quósq; hinc tantùm nec aliunde primas tulisse, & laudibus suis orbem impleviſſe. Non enim ad persuasionẽ auditores, sed ad stuporẽ rapiunt grandia. Ac ubiq; quod probabile est, & ad gratiam comparatum genus orationis, cum consternatione *quadam* semper vincit Admirabile. Siquidẽ persuadendi, uti & multa *alia*, vis, nostræ est potestatis. At ista, *grandia nempe*, vim & robur inexpugnabile *orationi* afferentia, quemlibet auditorẽ superant. Quinetiam ipsam inventionis peritiam, rerum item ordinem,

εἰς πολιὰ μεγέθους ἐπίδοσιν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ὡς οὐκ ἀναγκαῖον, παρέλιπεν. [s] πλὴν ἴσως τέτυπται μοὶ τὸν ἄνδρα οὐχ οὕτως αἰτιᾶσθαι τὰ ἐκλελειμμένων, ὡς αὐτῆς τῆς ἐπινοίας καὶ σωφρόνως ἄξιον ἐπαινεῖν. [t] ἐπεὶ δ' ἐνεκολάπτων καὶ ἡμᾶς τι χρὴ ὑψηλοῖς πάντως εἰς πλὴν καταμνημονεύσασθαι χάριν, φέρε, εἴ τι δὴ βοηθήσει ἀνδράσι πολιτικοῖς τὰ θεωρητικὰ καὶ χρήσιμον, ἐπισκοπῶμεν. αὐτὸς δ' ἡμῶν, ἑταῖρε, τὰ ἐπὶ μέρους, ὡς πέφυκε, καὶ καθήκει, συνεπισκοποῦμεν ἀληθέστατα. [u] ἔστι γὰρ δὴ ὁ ἀποφαινόμενος, τὶ θεοῖς ὅμοιον ἔχομεν, εὐεργεσίας εἶπε, καὶ ἀλήθειαν. [v] γράφων γὰρ πρὸς σὲ, φίλτατον παιδείας ἐπισήμονα, χρεὼν ἀπέλαγμαι καὶ τὰ διὰ πλειόνων προϋποτίθεσθαι, ὡς ἀκριβῆς, καὶ ἐξοχή τις λόγων ὄντι τὰ ὑψηλὰ, καὶ ποιητῶν τε οἱ μέγιστοι καὶ συγγραφέων, οὐκ ἄλλοθεν, ἢ ἐνθένδε μοι δοκοῦσιν ἐπιφορτίσασθαι, καὶ ταῖς ἑαυτῶν φύσεις βάλλον ἀθανασίαις τὸν αἰῶνα. [w] ὁ γοῦν εἰς [x] πειθὼ τοὺς ἀκροωμένους, ἀλλ' εἰς ἔκστασιν ἄγει τὰ ἐναντία. [y] πάντῃ δὲ γε σοὶ ἐκπλήξει τὸ πιθανὸν, καὶ τὸ πρὸς χάριν ἀεὶ κρατεῖ τὸ θαυμάσιον. [z] εἴγε τὸ μὲν πιθανὸν, ὡς τὰ πολλὰ, ἐφ' ἡμῖν· ταῦτα δὲ δυνασείαν, καὶ βίαν ἄμαχον προσφέροντα, πάντος ἐπανω τοῦ ἀκροωμένου κρατήσεται. καὶ πλὴν μὲν ἔμπειρίαν τῆς διρέσεως, καὶ πλὴν τῶν πραγμάτων

[s] ὁ Δημοσθένης, ὃς ἐρωτηθεὶς, τί ἄνδρωπος ὅμοιον ἔχει θεῷ; ἔφη, τὸ εὐεργετεῖν καὶ ἀληθεύειν. Hujus generis sententias καὶ ἀποφθέγματα χρείας dixit Aphthon. vide ὅρον τῆς χρείας.

[t] Συνομοιοπαθεῖ γὰρ ὁ ἀκούων ἀεὶ παθητικῶς λέγοντι. Arist. Rhet. 3.

ordinem, atque dispositionem non ex uno, neque ex duobus, sed ex universo tractationis contextu vix elucentem cernimus. Producta verò in medium, *& usurpata* tempestivè sublimitas omnia, turbinis instar, disturbat, atq; Oratoris statim confertas & densas vires ostentat. De istis enim opinor, & id genus aliis, suavissime *Terentiane*, ipse etiam experientiâ *edoctus aliis* præcepta dare possis.

Sect. 2.

ILlud verò in principio quærendum nobis, An sit Granditatis sive Sublimitatis ars quædam: siquidem reperti sunt qui existimârint omninò eos deceptos esse, qui ista ad certa artis præcepta revocare voluerunt: Naturâ enim (inquiunt isti) quæ magna sunt, constant, nec ullâ doctrinâ comparari possunt; & hæc una ars ad illa *consequenda* ita à natura comparatum esse, deterioráque (uti existimant) quæ sunt naturæ opera, atque omninò imbecilliora redduntur artium præceptionibus excarnificata & arefacta. Ego verò rem aliter habere evidentibus argumentis deprehensum iri aio, siquis observaverit naturam, uti, majori quidem ex parte, liberam & sui juris, sic quoque non futile quid & planè expers methodi esse solere: Eâmque primum quid & primigenium ortûs atque fundamentum in omnibus substernere: ad quantitates autem & incrementa, atque in singulis opportunitatem,

τάξιν καὶ οἰκονομίαν, οὐκ ἐξ ἑνὸς, οὐδ' ἐν δυοῖν, ἐν ᾗ τῶν ὅλων ἐκ λόγων ὕφος, μόλις ἐκφανομένῳ ὁρᾶσθαι. ὕθεν δή που [c] καιρίως ἐξενεχθὲν, τά τε ἀφ' ἑνὸς πάθη, διχῶς σκηπτοῦ, πάντα διαφθεῖρον, καὶ τὴν τῶν ῥητόρων εὐδιᾶ ἀθρόαν ἐπεδείξατο δυνάμιν. [11] ταῦτα γὰρ οἶμαι καὶ τὰ φαντάσματα, τερετισμὸν ἤδιστε, καὶ αὐτὸς ἐν πείρᾳ ὑφηγήσαιο.

[c] Benè hoc: nam intempestivè usurpata sublimitas insantiæ est.

β.

Ἡμῖν [a] δὲ ἐκεῖνο διαπορητέον ἐν ἀρχῇ, εἰ ἔστιν ὕψους [b] τις ἢ βάθους τέχνη· ἐπεί τινες ὅλως οἴονται διαπαίζεσθαι τοὺς τὰ τοιαῦτα ἄγοντας εἰς τεχνικὰ θεωρήματα. [c] γίνεσθαι γάρ φασι, τὰ μεγαλοφυῆ, καὶ οὐ διδακτὰ φαίνεται, καὶ μία τέχνη ἐστὶ αὐτά, τὸ πεφυκέναι. χείρω τε τὰ φυσικὰ ἔργα, ὡς οἴονται, καὶ πῃ παντὶ δειλότερα καθίσταται, ταῖς τεχνολογίαις καταστελετόδυθμα. ἐγὼ δ' ἐλεγχθήσεσθαι τῶδ' ἑτέρως ἔχον [d] φημὶ, εἰ [e] ὁπωσοῦν φαίνοιτό τις ὄπ ἡ φύσις, ὥσπερ τὰ πολλὰ ἐν τοῖς παθητικοῖς καὶ διημένοις αὐτόνομον, ἄτως ἂν εἰκαῖόν τι, κἀκ παντὸς ἀμέθοδον εἶδ) φιλεῖ. καὶ ὅπ [f] αὖτη μὲν πρῶτόν τι καὶ ἀρχέτυπον ἡμῖν ἔστω χρεῖον ὅπ πάντων ὑφέστηκεν· τὰς δ' [g] ποσότητας, καὶ τὸν ἐφ' ἑκάστῳ ἀπόφασις ἐπικειπκή.

[a] Ἀπορία δὲ παντός.

[b] Ad verbum, altitudinẽ reddit Auctor Dialogi de oratoribus, qui falsò Cornelio Tacito meliori conjecturâ Quintiliano tribuitur.

[c] Pindarus, σοφὸς καὶ πολλὰ εἰδὼς φυᾷ.

[d] Ἐμοὶ καὶ χαλεπὸν εἰς ἐνθουσιασμὸν φρένας πιθέσθαι.

[e] Democritus. μάθησις τὰς φρένας πιθήσει.

tunitatem, nec non pręterea ad certiſsimam exercitationem, & uſum conferendum, methodū ipſam ſufficere. Et quemadmodum rurſum quæ in ſeſe abſq; ſcientiâ inſtabilia, nec ullo pondere firmata, relicta ſunt, periclitantur magis. Ita etiam quæ magna ſunt, ſi ſoli impetui rudíque audaciæ, & temeritati permittuntur. Illis enim ut ſtimulis plerumque, ſic quoque fræno opus eſt. Quod enim *Demoſthenes* in communi hominum vitâ bonorum quidem maximum eſſe affirmat, fœlicem eſſe: alterum, idémque priore illo haud inferius, prudenter deliberare, quod *poſterius* quibus non adfuerit, unà perimit & tollit prorſus alterum, hoc ipſum etiam de oratione dicere poſſumus.

* * *

Et fornacis continuerint longiſsimè proſilientes flammas. Si quem videro domûs cuſtodem ſolum, Unicâ attractâ, quę torrentis inſtar, volvitur flammâ, Incendam tectum, penitúſq; comburam. Nunc verò nondum ſuaviſsimum ſonuit Melos.

Non ampliùs tragica hæc, ſed ſupra cothurnum tragicā *rem* exaggerantia, *undoſi flammarum vortices*. Item illud, *in cœlum vomere & facere Boream auletem*, atq; hujusgeneris alia quæ ſequuntur: dicendi enim genere turbata, & phantaſiis exæſtuantia potiùs, quàm cum gravitate tractata & exaggerata videntur: & ſi unumquodque iſtorum ad *rationis* radios inſpicias

&

μαεῖν, ἔτι ἡ τῶν ἀπλανεστάτων ἄσκησίν τε, καὶ χρῆσιν, ἱκανὴ [f] παρεῖσαι, καὶ συνενεγκεῖν ἡ ἐξοδος. καὶ ὡς [g] ἔστιν δυνότερα [*] αὐτὰ ἐφ' ἑαυτῶν, δίχα ὀπτικῶν ἀσκείτα, καὶ ἀνερμάτιστα λεγόμενα, ἅπερ τὰ μεγάλα ἐστὶ μόνη τῇ φορᾷ, καὶ ἀμαθεῖ τόλμῃ λειπόμενα. δεῖ γὰρ αὐτοῖς ὡς πένησι πολλάκις, ἅπερ δὴ καὶ χαλινοῦ. ὅπερ γὰρ ὁ Δημοσθένης ἐστὶ τῶν καινῶν τῶν ἀνθρώπων ἀποφαίνεται βίᾳ, μέγιστον μὲν εἶναι τῶν ἀγαθῶν τὸ εὐτυχεῖν· δεύτερον δέ, καὶ οὐκ ἔλαττον, τὸ εὐβουλεύεσθαι, ὅπερ οἷς αὖ μὴ πάρεστι, σφαλεροὶ πάντως καὶ θάτερον, τοῦτ' αὖ καὶ ἐστὶ τῶν λόγων ποιῶν, ὡς ἡμῶν. [φύσις ἄνευ μαθήσεως τυφλὸν τι τὸ ἐπαγόμενον.

f πρεῖσαι lego: ita enim legendum patet ex verbo ἐφερμηνευτικῷ συνενεγκεῖν.

g Hermogenes pag. 211. sub finem. & 212.

* γρ. αὐτά.

Ita ex Plut. περὶ πλοῦτ. ἀγωγῆς succurrimus huic loco. Addamus ex Stobæo illud simyli, τέτοιος ὁμοίως ἐστὶν· ὅτε φύσις ἱκανὴ γένεται τέχνης ἀτερπέστερον ἐστὶ τὸ δόγμα παρέχειν ἑαυτῇ.

* * *

Καὶ καμίνου χῶσι μάκιστον σέλας.
Εἰ γάρ τιν' ἐσιδεῖν ὄψομαι μόνον,
Μίαν παρείρας πλεκταῖσι χειμάρρουν,
Στέγαις πυρώσω, καὶ καταυθρακώσομαι,
Νιφὰς δ' ἃ * κηρέχει που τὸ γηγενὲς μέλαν.

* ἴσως, κήρεα γά που.

τραγικὰ ἔτι ταῦτα, ἀλλὰ Θουκυδίδεια, αἱ πολεκταῖαι, καὶ τὸ πρὸς ἕωαν ἐξεμεῖν, καὶ τὸ τὸν βορέαν αὐλητὴν ποιεῖν, καὶ τὰ ἄλλα ἐξῆς. [b] πεδόλωται γὰρ τῇ φράσει, καὶ πεδορύσηται ταῖς φαντασίαις μᾶλλον, ἢ δεδείνωται. κἂν ἕκαστον αὐτῶν πρὸς αἰτίας ἀνασκοπῇς,

b καὶ μεταφορὰν ἀπὸ τῶν πραγμάτων τῶν ἐν μέλανι ἢ ἄλλῳ τινὶ ὑγρῷ ταραττομένων. Θολὸς enim atramentum sepiæ nigrum.

& emarcescere, atque adeò neglectas vilesce
magnas illas animi dotes, ubi primùm sua qu
dem, sed caduca, nec ullius usus, homines co
perint admirari, omisso virtutum cultu & incre
mento: nec enim fieri potest, ut quis in judi
cio, si corruptus fuerit, de iis quæ justa sunt &
honesta liberè integréque judicet: Etenim cu
jus mens oppressa est præmio, & lingua astrict
mercede, necessariò quæ conveniunt & propri
sunt naturæ suæ, pro honestis & justis habet
ubi verò mores vitámque nostram omnium i
universum, ut arbitræ regunt & moderant
judiciorum corruptelæ, alienæ item & horren
dæ mortium venationes, testamentorum insi
diæ, ac lucrum ex re qualibet, vel ipsa anim
quâ etiam sua quisque facti mancipia emimus
an in tanta támque pestilenti vitæ morúmqu
corruptione putamus adhuc magnorum, & a
omne ævum pervenientium scriptorum, judi
cem aliquem ingenuum ita ab illa rei familiari
augendæ & amplificandæ cupiditate liberum
ut ei blandienti & sæpiùs interpellanti, nun
quam assentiatur? Nunquid igitur ita nobi
quidem comparatis satius est alterius imperium

ferre

ἀναγκαίτατες, ὕβριν, καὶ ἀδικίαν, καὶ ἀναι-
σχυντίαν. ταῦτα γὰρ ὅπως ἀνάγκη γίνεσθαι, καὶ
μὴ τοὺς ἀνθρώπους ἀναβλέπειν, * μηδὲ ἕτε- * χ. μηδ' ἕτε-
ρόν φησιν ἐν τινὶ λόγῳ· ἀλλὰ τοιαύτῃ ρα.
κύκλῳ περιειλῆσθαι κατ' ὀλίγον τὸν βί-
ον τοῦ διαφθορέως, φθίνειν δὲ, καὶ καταμαραίνε-
σθαι τὰ ψυχικὰ μεγέθη, καὶ ἄζηλα γίνεσθαι· ἐ-
ξιτηλα τὰ ἀνδρικὰ ἑαυτῶν μίαν ἡμέραν ἑκάστην [e] Sic ἀνόργητα σώματα dixit Soph. id est ἀναφελῆ.
παραμαίζοιεν [d] παρέντες αὔξειν καὶ * αἴρεσθαι, d Omisso virtutum cultu & incremento.
καὶ ὅτι μείους μέν τις ἀποδείξει, οὐκ ἂν ὅτι * χ. ἀφεταί.
κρείττους τῶν δικαίων καὶ καλῶν ἑλόμενος, καὶ ὑγιὴς ἂν 2 Cic. in Pisonem interpretatur, Cujus mens oppressa præmio, lingua adstricta mercede.
διατελοίη, ἀνάγκη δὲ πρὸ [b] θανατικῶν τὰ
ἀνιαρὰ * μὲν φαίνεσθαι καλὰ καὶ δίκαια· ὅτι * χ. μή.
δὲ ἐκάστου τοῦ ὅλου ἤδη βίου δικαιοῦσι b Mortium. verbera & experimenta telorum mortium pertulêre patientiam. Quinctil. declam. 2.
βεβιῶσι, καὶ ἀλλόκοτον δίκαια [b] θανατῶν, καὶ
ἄνισα διαδικῶν, τὸ δ' ὅτι [c] παντὸς χρόνου
ἀνύμετα, τῆς ψυχῆς ἕνεκα τῆς ἀεὶ τοῦ
παντὸς ἰώμενοι, ἔρρειν δὴ ἐν τῇ τοι-
αύτῃ λοιμικῇ βίου διαφθορᾷ, δικαίως ἂν
ἑλόμενον τινὰ κεῖσθαι τῶν μεγάλων ἢ δικαίων
πόνων πρὸς τὸν * [c] αἰῶνα καθ' ἕκαστον ἀπολε- * χ. αἰῶνα.
λῦσθαι, καὶ μὴ καταρχαιρεσιάζεσθαι πρὸς τῆς [f]
πλεονεξίαν ὀλιγυμίας· ἀλλὰ μή ποτε τοῖς τοιού-
τοις, οἷοι πρὸ ἡμῶν ἡμεῖς, ἄμεινον ἄρχεσθαι, c Ad omne ævum. Rectè. Nam si lectionem retineamus, quis sensus?

[f] Sic ἀνόργητα σώματα dixit Soph. id est ἀναφελῆ.

ferre, quàm noſtri juris eſſe? Quandoquidem illæ plus habendi & acquirendi immodicæ cupiditates prorſus laxatæ, ut qui ex carcere liberi dimittuntur contra vicinos, ipſum etiam terrarum orbem cladibus incendere & inflammare poſſunt. Denique à ſumptibus dicebam proficiſci illam ingeniorum quæ hoc ævo naſcuntur pigritiam & mollitiem, in qua plerique ferè omnes (paucos enim excipio) vivimus, non aliter laborantes quàm qui recèns convaluerunt ex morbo & meliuſculè habere incipiunt, niſi laudis & voluptatis, at nequaquam profectûs alicujus cauſa, qui ſit æmulatione dignus & honore. Sed ſatius fortè fuerit hæc omittere, & ad ea quæ conſequuntur progredi. Sunt autem illæ animi perturbationes, de quibus ex profeſſo, tractatu proprio ſcripturos nos promiſimus, quippe quæ (ut in genere cujuſvis orationis) ſic & ipſius ſublimitatis bonam partem nobis videntur continere.

FINIS.

ἢ ἐλαδιέρεις εἶη); ἐπειτα γε ἀφελεῖσθαι τὸ ζωόλον ὡς ἐξ εἰρκτῆς ἄφετον καὶ τὴν πλησίον αἰ πλεονεξίαι, καὶν ἐπιχώσειαν τοῖς κακοῖς ἡ οἰκυμένη. [d] ὅλως δὲ δαπανῶν ἔφην εἶη τὴν νῦν γιγνομένων φύσεων ἡ ῥαδυμία, ἢ, πολὺ ὀλίγων, πάντες ἐγκαταβιβρῶσθε, ἐκ ἄλλως πονοῦντες ἢ ἀναλαμβάνοντες, εἰ μὴ ἐπαίνου, καὶ ἡδονῆς ἕνεκα, ἀλλὰ μὴ τοῦ ζήλου, καὶ τιμῆς ἀξίας ποτὲ ὠφελείας. κρεῖττον δ' εἰκῆ ταῦτ' ἐᾶν, ἐπὶ δὲ τὰ ζωογονῆ χωρεῖν. [e] ἵν' ὃ παῦπα τὰ πάθη, φεισάμενοι ἐν ἰδίῳ σεσηρυμμένως ὑπερχόμεθα κρίνειν ὑπομνήματα, πολύτε τοῦ ἄλλου λόγου καὶ αὐτοῦ τοῦ ὕψους μοῖραν ἐπιφέροντα, ὡς ἡμῖν δοκεῖ.

d Vide Senecam in Prolog. decla. Quantum quotidiè ingenia decrescunt.

e ἀναλαμβάνοντες, καὶ ἀναλαμβανόμενοι, ἀντὶ τοῦ ἀναλωμιζόμενοι ἐκ τῆς νόσου, ἀναφέροντες ἀπὸ τῆς ἀδυνείας, ῥαύζοντες, ex morbo convalescentes, meliusculè habentes.

f Suprà, nempe Sect. 2. in fine.

ΤΕΛΟΣ.

ΥΠΟΘΕΣΕΩΝ AD SINGULAS SECTIones Συνόψεις μερικώτεραι.

Hujus libri duæ sunt partes primariæ, quarum posterioris & primariæ quot sint membra præcipua ex illo quod subjecimus diagrammate cuivis sit satis perspicuum.

Prioris verò, quæ nihil est aliud quàm εἰσβολὴ, *ut* Longini *verbo utamur, analysis antequam singularum, ut propositum est, sectionum hypotheses præmittimus, esto ejusmodi.* Εἰσβολὴς τ βιβλίε hypothesis esto. *Libri* Cecilii *censura, & doctrina* περὶ ὕψες ἐπώχησις, *unde duæ illius partes perspicuæ: ac priorem quidem constituit* κείσις *& censura libelli quem scripsit* Cecilius περὶ ὕψες: 1. *quòd sit* ὅλης ἐποδιόσεως ταπεινότερον. 2. *quòd non attigerit quæ sunt præcipua, unde colligit non esse ergo magnæ utilitatis.* 3. νεδιτία *de scopo ad quem scriptores collimare decet.*

Εἶτ' ὀπὶ πάσης] 4. *Castigationis ratio* ἀπὸ τῆς ἀτελείας τ βιβλίε *repetita & confirmata: quòd nempe de duobus, quæ in tradendis artibus requiruntur necessariò, alterum omiserit, ac quidem potius, quippe cujus gratiâ illud prius.*

Πλὴν ἴσως] 5. *Apologia, sive potiùs* τ ἀκεφοδιγάν

ἐοδηκὼν πείσεως, & censuræ superioris ἐπιδιόρθωσις καὶ παρεμφασία. *Verùm, inquit, non tam carpendus nobis auctor ille ob ea quæ desiderantur in ejus libro, quàm laudandus ob istam commentationem & studium, juxta illud,* In magnis voluisse sat est: *&, ut infrà videbimus,* Μεγάλως ἀπολιδαύνειν ἁμάρτημα εὐγενές.

Ἐπεὶ δ' ἐπεκελεύσω] 6. *Hæc altera pars præfationis, & primùm* προέκθεσις, *doctrinæ, quam illustrat causâ* προπαιδευτικῇ, *& personarum dignitate, quibus vult consultum maximè hoc suo scripto, quibus tum seipsum, tum maximè suum Terentianum* κατὰ τὴν ἔννοιαν καὶ μέθοδον λαμπρότητι *accenset.* Ζῆν ὑποθέσει, *sive* προεκθέσει, οὐκ ἀπολογήσας *hanc appingit* γράμμα *sive* ὑπόθεγμα *de duobus quibus proximè ad Deos, ex* Demosthenis *sententiâ, mortales accedere dicit, beneficentiâ scilicèt & veritate.*

Γεφύρων καὶ πρόσ] 7. *Antequam ad rem aggreditur,* προδιδασκαλικῶς *ad id quod præcipuum est properare se profitetur, omissâ probatione accuratiore duplicis* ὑποθέσεως *tanquam* προγνώσεως, *hoc est, anticipatæ notionis in mente benevoli & eruditi lectoris, qualem testatur fuisse suum Terentianum. Nempe ita, semper ad eventum festinat, & in medias res, non secus ac notas, auditorem rapit. Prior* ὑπόθεσις, ὅτι ἀκούσεως καὶ ἐξοχῆτις δεῖ τὰ ὦτα. *Altera,* ὅτι οἱ ποιητῶν καὶ συγγραφέων μέγιστον ἐντεῦθεν μόνον ἐπράσθησαν.

Οὐ γὰρ εἰς πειθὼ] 8. Κατασκευὴ *ab effectis.*

Παύτῃ ἢ γε]. 9. Ἐφεξμλωσία & illustratio confirmationis.

Εἴγε τὸ μὲν πθανὸν]. 10. τῆς ἐφεξμλωσίας ἐπιτασιν ἀπὸ τῆ σύγκρισιν, eamq; duplicem. Prioris sententia, Nam τὸ πθανὸν ut plurimum nostræ est potestatis: At τὰ ὑψηφυᾶ vim quandam & robur ineluctabile præ se ferentia omnem auditorem superant. Altera σύγκρισις. Præterea quoad orationem, in qua τὸ πθανὸν tantùm spectatur, tum inventionis dexteritatem & peritiam, tum rerum ordinem & dispositionem, non ex uno aut duobus, sed ex universo demùm orationis contextu emergentem, vix animadvertimus. At sublimitas in tempore & loco usurpata, suas statim vires ostentat, turbinis aut fulminis instar omnia disturbans.

Ταῦτα γὰρ οἶμαι]. 11. Συμπέρασμα.

Ad Sectionem secundam.

Ἡμῖν δ' ἐκεῖνο]. 1 Rectè hæc in antecessum præmittitur excutienda quæstio, εἰ ἔστιν ὕψος τις ἢ βάθος τέχνη. Existimant enim alioqui non posse ullis artis præceptis τὸ ὕψος comprehendi, nec ullâ doctrinâ parari, quia sit φύσεως ἐν ἡμῖν ἢ τέχνης ἔργον. Naturæ opera autem si quis artis præceptionibus astringere voluerit, longè deteriora reddet. Sententia. Eorum quæ à Natura proficiscuntur non est ars. Atqui τὸ ὕψος, quòd ideò μεγαλοφυὲς dicitur, hoc est granditas sive sublimitas, à natura est, γεννᾶται γὰρ τὰ μεγαλοφυῆ: Ergò, τὸ ὕψος οὐκ ἔστι τέχνη, ac proinde τὰ μεγαλοφυῆ ἢ διδακτὰ γίνεται.

Εἰ

Εἰ ὑπολέλαπτό τις] 2. *Syllogismus superior hoc apagogico excipitur. Quorum non est ars, eorum nec ulla methodus: sed contrà futilis & temeraria confusio erit: Sed, ut isti volunt, eorum quæ à natura proficiscuntur nulla est ars: Ergò eorum quæ à natura proficiscuntur nulla methodus, sed temeraria quædam futilitas. Quod absurdum sequeretur necessariò, si simpliciter major illa propositio admitteretur. Quare ita constituendum, etsi αὐτόνομον ἡ φύσις, adeoq; (ut ad subjectam materiam addicamus quod γνησιώτερον dictum) ἐν τῷ ὕψει, non est tamen existimandum esse ἀμέθοδόν τι, quia majori ex parte videatur φυσικὸν ἔργον τὸ ὕψος: rectè enim conveniunt in unum & amicè conjurant εὐσὶς καὶ τέχνη, juxta Agathonis illud,* φύσις ἔστερξε τέχνην, καὶ τέχνη φύσιν.

Καὶ ὅτι αὐτὴ μὴν ὁρῶτόν τι] 3. *Non vult tamen naturam cum arte, & artem cum natura confundi, sed tanquam æquissimus judex vir criticus suum cuiq; κατ' ἀξίαν tribuit, ut sit natura tanquam στοιχεῖον ἀρχέτυπον & γνώστης τοῦ ὕψους: Ars verò habeat ipsius incrementa, exercitationem certissimam & usum.*

Καὶ ὡς ὑπολυσιωτέρα] 4. Ἐργασία εἰς κατασκευὴν ἐπιχειρήματος, *de necessitudine quæ intercedit inter utrumque, naturam & artem,* ἀπὸ τοῦ ὁμοίου, *sive potiùs nova confirmatio à genere ad speciem, ut sit novum ἐπιχείρημα, quod τὸ δ' insinuat, & quemadmodum rursum &c. quod alterum*

argumentum seu similis ἀπόδοσιν *confirmat proverbiali sententiâ,* Δεῖ γὰρ αὐτοῦ, *&c. quasi dicat, Non sufficit ad granditatem natura, requiritur enim ampliùs prudentia & peritia artis, quâ ceu stimulo excitetur nimius in illis stupor, in istis verò tanquam fræno temerarius impetus &* ἀμαθὴς *rudis illa audacia coërceatur, adeò ut ad naturam necesse sit accedere artem. Quam conclusionem* συνάγων τὸ πᾶν Δημοσθένους ἀπόδειγμα *pluribus persequitur. Nuda sententia est, tolli naturæ illam* δύναμιν, *sive* διάθεσιν *inutilem reddi, si ars ad ipsam non accesserit. Quod fit duobus modis: vel quum nullis artis præceptionibus excitata & adjuta natura tanquam sopita & emortua manet, vel quum cæco impetu quodam abripitur deficiente artis fræno. Hæc videtur esse sententia. Quanquam pleraq; ista desiderantur, partim tamen ex præcedentibus, partim ex consequentibus facilè colligimus. Partem exempli granditatis sine arte, & quæ solo fertur impetu naturæ, habemus: quam qui solam sequuntur,* τέχνης ἄτερ, *Icarum imitantur. Dum enim sublimia nimis petunt, ad vilissima feruntur. Hoc vitio laborâsse appositis exemplis docet* Leontinum *quendam* Gorgiam, Callisthenem, Clitarchum, Amphicratem, Hegesiam, & Matridem.

Ὅλως ἔοικεν εἶναι] 5. *Admonitio, ut eò cautiùs agamus, quò sumus proniores naturâ ad tumorem ambitiosè sectandum, & omnem declinandam humilitatem.*

Καλοὶ

Κακοὶ ζ ὄγκοι] 6. *Quinam sint vitiosi tumores in oratione. De tribus vitiis in granditate, primum est* κακὸς ὄγκος, *quo qui laborant, hydropico similes esse dicit.*

Τὸ μειρακιώδες] 7. *Alterum vitium superiori contrarium. Ejus definitio. Quinam sint obnoxii huic vitio.*

Τούτῳ φάκελος] 7. *Parenthyrsus tertium vitii genus, quod fugiendum est in sublimi oratione. Ejus definitio. Quum affectus, ubi affectibus opus non est, clamosè & importunè adhibentur. Huc referre possumus illud* Horatii, *quo hoc quoq; vitium carpere visus est.*

Telephe vel Peleu malè si mandata loquaris,
Aut dormitabo aut ridebo.

Ad Sectionem tertiam.

Θατέρου ζ] *frigidæ orationis exempla ex* Timæo, Xenophonte, Platone, & Herodoto.

Ad quartam.

Ἅπαντα ταῦτα] 1. *Ejusmodi in oratione vitiorum una causa* τὸ κεκυβιστηκέναι ἀφεὶ τὰς νοήσεις. 2. *Ad aliam transitus, indicato fine quorsum hæc omnia, de quibus hactenus, spectant.*

Ad quintam Sectionem.

Εἰδέναι χρὴ] ϟ ὕψους ἴδια & *notæ certissimæ omnium.* 1. *Illud magnum quod non excidit animo, sed firmâ & indelebili retinetur memoriâ.* 2. *Nota: illa vera Granditas quæ per omnia & omnibus placet. Hæc duo* ϟ ὕψους ἀποτελέσματα *in auditorum animis.*

Ad ſextam Sectionem.

Ἐπεὶ δ' πάντε ὡς ἂν εἴποι] περὶ τῶν ὅλων μερῶν, *ſive Idearum, quas idem vocat auctor, quibus conſtat* τὸ ὕψος, κατάστασις, *&* Cecilii *reprehenſio quòd in ſuo tractatu & partium numeratione, quibus conſtituitur* τὸ ὕψος, τὸ ζωοδρὸν πάθος *perperam omiſerit.*

Ad ſeptimam Sectionem.

Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπεὶ] 1. *Ad granditatem maturè aſſuefacienda oratorum ingenia, quæ aliâs Naturæ donum.* 2. *Viri oratoris ne ſit* φρόνημα πεπεινὸν καὶ ἀγεννὲς, *quale ſervitiorum: grandia enim verba, cujus graves & ponderoſæ fuerint ſententiæ juxta illud* Horatii *in Arte,*

Verbáq; prævisam rem non invita ſequentur.

3. ἐννοιῶν, ἢ φρονημάτων μεγάλων *exempla plura.* 4. *Homeri Iliadem ſcribentis & Odyſſeam concinnantis, adeoq; utriuſq; poëmatis differentia.* 5. *Digreſſio ad aniles quaſdam Odyſſeæ fabulas, & cur.*

Ad octavam Sectionem.

Φέρε νυῦν εἴτι]. *Tranſit ad alia quædam & ipſa* ὑψηλοποιὰ, *qualia ſunt* περὶ ἄρθρων λημμάτων ἐκλογὴ, καὶ ἢ πρὸς ἄλληλα ὑπαντώσεως, αὔξησις, χύσις, μίμησις, φαντασία. *De quibus ſingulis ſuis locis: ac primùm de primo hâc ſectione octavâ, cujus hæc membra.* 1. *Ad alia* τὸ ὕψος ποιητικὰ *tranſitus, quorum eandem eſſe rationem inſinuat cum ſublimitatis ſententiis, quam accidentium cum ſubſtantia, vel etiam partium cum toto.* 2. *Quod primùm*

primùm ad τὸ ὕψος καὶ σφοδρὸν πάθος requiritur, nihil aliud est quàm propositionum ex primarijs ac summis circumstantiis delectus & coagmentatio. 3. exemplum luculentum, ejusdemq; consideratio. 4. Ejusdem assertionis ἐπανάληψις, de duobus illis, circumstantiarum videlicèt præcipuarum delectu, & in unum veluti corpus constructione cum apotelesmate. 5. Doctrinæ ejusdem illustratio novis exemplis Homeri, & aliorum auctorum, idq; κατὰ σύγκρισιν. 6. Quæ hîc cavenda, futiles nempe circumstantiæ, quæ grandem deformant orationem.

Ad Sectionem novam.

Συνειδός ὅτι ἔστι]. 1. Αὐξήσεως descriptio, quando scilicèt, re hoc postulante, gravibus graviora semper in periodis, principijs, & clausulis multis, donec ad summum quid perventum sit, continuâ serie advoluta attexuntur. 2. Pro varia materia variæ amplificationes. 3. In solis miserationibus & extenuationibus à sublimitate amplificatio separata, aliâs verò nunquam deprehenditur. 4. Ad sequentia transitus, & ostenso discrimine Αὐξήσεως, & doctrinæ proximè in superiori sectione traditæ.

Ad Sectionem 10.

Οὐ μὰ τὴν τεχνοκράτων.] 1. Vulgaris definitionis αὐξήσεως refutatio. 2. Illius nova definitio, & quid ab argumento & probatione differat. 3. Ciceronis cum Demosthene comparatio. 4. In quibus Demosthenicæ, quæ densior est, &

Tul-

Tulliana, qua fusior & copiosior, orationi sit locus.

Ad Sectionem 11.

Οτι μέντοι ὁ Πλάτων] 1. *Platonis locus, in quo* μεγαθ& διὰ χύσιν. 2. μίμησις *imitatio praestantissimorum auctorum: quae sit illius vis similitudine & exemplis confirmat.* 3. πρόληψις, *quâ illorum occupat & refutat sententiam, qui factum istorum tanquam furtum damnârit.*

Ad Sectionem 12.

Οὐκ ἔν γ᾽ ἡμᾶς.] *Doctrinae continuatio tribus praeceptis. Primum, Qui dicturus est aut scripturus aliquid sublimiori stylo, in* Homerum, Platonem, Demosthenem, Thucydidem *intueatur, & quâ methodo, quibus verbis idem illud tractaverit & expresserit diligenter observet.* 2. *Praeceptum, Scribendum dicendumq; tanquam in gravissimorum illorum auctorum comitijs.* 3. *Qui scribit ne suam aetatem tantùm, sed perennem seculorum seriem cogitet; quò se respexisse, votiq; compotes factos esse splendidè gloriantur in suis poëmatibus concinnandis* Ovidius & Horatius, *Exegi monumentum ære perennius, &c.*

Ad Sectionem 13.

Ογκος γ᾽ μεγαλη γορία.] 1. *De phantasiis tum poëticis tum oratoriis.* 2. *Definitio* φαντασίας. 3. *Specialior vocabuli acceptio.* 4. *Inter poëticam & oratoriam discrimen.* 5. *Poëtica exempla.* 6. *Oratoria phantasia proprio fine à superiori*

ieri distincta. 7. Illius vis, exemplum, & quid in probationibus efficiat. 8. Conclusio doctrinæ de particulis τῶν ὑψῶν.

Ad Sectionem 14.

Αὐτάρκη μέντοι] De tertio sublimitatis fonte, hoc est, de figuris, quarum alias sententiæ, alias dictionis, juxta communem Rhetorum sententiam, fecit. Constat porrò hæc sectio 1. πεντάκις, quâ dicturum se de figuris tantùm aliquibus, quæ grandem efficiunt orationem, profitetur. 2. Demosthenici *loci* δι' ὁμοτικῶν σχημάτων *tractatio*, consideratione, ac eorum quæ in jurejurando usurpando spectanda sunt traditione, ex ejusdem Demosthenis *loci observatione*.

Ad Sectionem 15.

Οὐκ ἄξιον δ' ἐστὶ τούτοις] 1. *figurarum & granditatis conjunctio necessaria.* 2. *quòd simplex figurarum usurpatio absque granditate odiosa & periculosa, ut contra earum magna vis sit auditorem lateant.* 3. *quod sit τῶν ὑψῶν beneficio, tanquam jubare splendidissimo, ipsarum scintillas obscurantis.* 4. *Cui illustrandæ & approbandæ doctrinæ inservit & alterum simile à picturâ.*

Ad Sectionem 16.

Τίς δ' ἐκείνοις φθόνος] 1. Πλόκων καὶ ἐρωτήσεων *in oratione vis.* 2 *Exemplum, ejusdemq; ad institutum accommodata consideratio.* 3. *Cujus generis maximè interrogationes grandem efficiant orationem.* 4. *Currentem celeriùs & concisum efficiunt Assyndeta.*

Ad

Ad Sectionem 17.

Ἄχρως ἢ μὴ ἐπὶ ταυτὸ] *Hactenus de figuris aliquot seorsim. Iam quid conjunctis viribus, & quod dixit Poëta* παντοδὴν ὀρυμαγδὸν *efficiant, subjecto exemplo ostendit.*

Ad Sectionem 18.

Φέρε δὴ καὶ ἐκ τούτου] *Quæ sit vis* τῆς ἀσυνδέτων *demonstratio à contrariis, & illustratio* ἀπὸ τῶν ὁμοίων.

Ad Sectionem 19.

Τῆς δὲ αὐτῆς ἰδέας] 1. *Ad aliam figuram* ὑφ' ἑνὸς πρὸς πολλὰ *transitus,* τὸ ὑπέρβατον *nempe.* 2. *Ejus definitio.* 3. *definitionis particulæ illius quâ character affectus dicebatur, sententia explicatior.* 4. *Ejusdem declarationis approbatio ab artis & naturæ consensu.* 5. *Hyperbati exemplum ex* Herodoto. 6. *Explicatio.* 7. *Crebriùs* Thucydides, *parciùs* Demosthenes *utitur.* 8. *Quid* Thucyd. *frequenti hujus figuræ usu consignificet.* 9. *Quæ sit vis* τοῦ ὑπερβατοῦ, καὶ ὑπερβατὸν μακρὸν *demonstratio.*

Ad Sectionem 20.

Τάχα μὲν πολύσπαστα] 1. *Quarumdam eôdem pertinentium aliarum figurarum recensio.* 2. *Quæ sit singularium multitudinem sectantium,* 3. *& contrà unitatem insinuantium vis in oratione, cum exemplis.* 4. *Admonitio pro pluralium loco singularium.*

Ad Sectionem 21. & 22.

Ἀλλὰ μὲν δὴ τἀναντίον] 1. ἐπανάληψις *doctrinæ*

de

de singularibus multitudinem significantibus cum exemplis. 2. Cur tum collectiva singularia, tum pluralia unum quid notantia, pariter ad ornatum & vehementiam orationis conferant. 3. Præsentis temporis pro præterito usurpatio quid faciat. 4. Exemplum.

Ad Sectionem 23.

Εναγώνιος δ' ὁμοίως] quæ sit τῆς διὰ προσώπων ἀντιμεταθέσεως vis.

Ad Sectionem 24.

Ετι γὰρ μᾶλλον ἐνθ' ὅτε] 1. τῆς διὰ προσώπων ἀντιμεταθέσεως species, quâ fit ut repentè ipse auctor, ἀντὶ τοῦ προλέγειν, παθὼν illius personam induat de quo verba facit. 2. quid faciat. 3. Exempla.

Ad Sectionem 25.

Καὶ μέντοι καὶ ἡ περίφρασις] 1. Periphrasis ὕψους ποιητική. 2. Quod ex Platone, Xenophonte, & Herodoto desumptis exemplis probatur.

Ad Sectionem 26.

Επίκρισιν μέντοι] 1. Non ubique & cuivis sine discrimine περιφράσει locus. 2. Plato ridetur à nonnullis, quòd interdum visus sit hanc figuram usurpâsse intempestivè. 3. Totius hujus tertiæ partis, in qua de figuris aliquot sublimitatis actum, conclusio.

Ad Sectionem 27.

Επειδὴ μέντοι] 1. Ad Phrasim transitus. 2. quid efficiat. 3. Non ubique grandia verba & promiscuè usurpanda. 4. Anacreontis locus. 5. Theopompi alter quem simul à Cecilio reprehensum ostendit

ostendit. 6. *Tertius* Herodoti.

Ad Sectionem 28.

Περὶ ᾗ πλήθυς]. 1. *De plurium translationum in una periodo usurpatione.* 2. Demosthenis *exemplum.* 3. *quæ sint audaciorum translationum lenimenta ex* Aristotele & Theophrasto. 4. *Sententia Auctoris.* 5. *Troporum frequens usus in descriptionibus.* 6. *Exempla* Xenophontis *ac* Platonis. 7. *Vitandus abusus, cujus damnatus* Plato. 8. Longini *ac* Cecilii *de* Lysia & Platone *diversæ sententiæ.*

Ad Sectionem 29.

Ἆρ' οὐκ ἄξιον ἔτι]. *Quæstionis (utrum scilicèt interdum errans granditas, an probata & ἀναμάρτητος mediocritas præstet: hoc est, majoréne an plures numero virtutes primas teneant)* κατάστασις. 2. *Ratio quæstionis.* 3. *Ad* λύσιν προοδοποιὰ, *quæ continet* περίληψιν *contrariæ sententiæ & refutationem.* 4. *Unde* λύσις, *majores virtutes pluribus præstare in quovis scripti genere.* 5. *quam suam solutionem & sententiam evincit & confirmat quâdam oratoriæ communicationis specie,* κατ' ἀντίθεσιν καὶ σύγκρισιν *diversorum auctorum in suo genere.*

Ad Sectionem 30.

Εἰ δ' ἀεθμῷ]. *Superioris sententiæ confirmatio* Hyperidis & Demosthenis *comparatione.*

Ad Sectionem 31.

Ἐπὶμέντοι]. 1. *Quid de* Platone & Lysiâ *sentiat contra* Cecilium *pronunciat.* 2. *mox* τὰς μείζους

μείζους ἀρετὰς ἢ τὰς πλείους μᾶλλον θαυμάζεσθαι, adeoq; cur magni illi auctores in ea fuerint sententia, τὸ δίον humanæ mentis & ingenii excellentiam σεμνοτάτῃ descriptione subjicit.

Ad Sectionem 32.

Οὐκοῦν ἐπί γε τῶν]. 1. Επαναλῆψις τῆς ἀντιθέσεως institutæ comparationis eorum qui grandem cum iis qui mediocrem sectantur orationem, quâ ostendit semper excellere quamlibet ἀναμφιλόγους πολὺ ἐφεξῆς τὰς μεγαλοφυεῖς, etiam omnis ævi hominum judicio. περίληψις τῆς ἀντιπίπτοντος λύσις per distinctionem τῶν ἀνομοίων. ἐπίοδος, in qua quod quæsitum statim initio, sectione secundâ, cum iis quæ suprà quærebantur sectione 29, complexus, perfectionem in artis cum natura amicè conspirantis conjunctione positam esse tandem constituit.

Ad Sectionem 33.

Ταῖς δὲ μεταφοραῖς]. 1. Post benè longam digressionem ad τὸ φαντασικὸν reditus, de quo quarto sublimitatis fonte cœpit dicere sectione 27, & de metaphora sectione 28. quibus haud ita absimiles esse dicit Parabolas & Iconas. 2. Admonitio de servando modo in hyperbolis. 3. Isocrates reprehensus. 4. Quæ sint optimæ hyperbolæ exemplis demonstratur Thucydidis & Herodoti. 5. quo pacto incredibiles hyperbolæ non ineptæ interdum videri possint.

Ad Sectionem 34.

Ἡ πέμπτη μοῖρα] 1. Quintus fons sequitur

τῦ ὕψους, *apta nempè orationis compositio, de qua ad institutum quantum attinet dicere propositum* κατ' ἀποδόσιν *longioris tractationis, harmoniam scilicèt persuadendi & delectandi vim sive facultatem tantùm non esse, sed admirabile libertatis, & affectuum instrumentum.* 2. *Quod argumento (ut dicitur) à minori ad majus probat & illustrat, à musicorum instrumentorum concentu ad naturalem illam orationis compositionem, cujus longè alia vires: ex collatione fit satis perspicuum. Observa in compositionis natura & viribus describendis compositionis exemplum luculentissimum.* 3. *Aliud tamen sequitur ex* Demosthene: *ejusq; consideratio.*

Ad Sectionem 35.

Ἐν ᾧ πῆς μάλιστα] 1. *Altera compositionis species, non verborum tantùm, sed maximè* τῶν μελῶν, *membrorum, quibus* ὅλόν τι ξυνίσταται *in periodo, quæ est tanquam corpus suis membris,* τῇ τ' ἁρμονίᾳ δεσμῷ *compactum.* 2. *Quæ sit vis ejusmodi compositionis, nempe ea vis est* τῆς συνδιώσεως, *ut auctores qui suâpte naturâ tales non sunt, grandes efficiat,* 3. *Quod subjectis probat exemplis.*

Ad Sectionem 36.

Μικροτοιὸν ᾧ ὧδὲν ὅπως] *Quæ in compositione sublimitati adversentur,* Pyrrichii *nempè,* Trochæi, Dichorei, *brevibus constantes syllabis dictiones.*

Ad Sectionem 37.

Ἔτι γὲ μὴν ὕψους] 1. *Contraria etiam grandi-*

tati

tati concisa nimis oratio. 2. *Exceptio. Deijs quæ intempestivam prolixitatem sectantur, quid sentiat Rhetor.*

Ad Sectionem 37.

Δεινὴ δ' αἰσχύνει] *Granditatem dedecorat & corrumpit verborum exilitas; duplici demonstratur exemplo, Herodoti uno; altero, eoq; longiori, Theopompi.*

Ad Sectionem 39.

Ἐκεῖνο μέν τι λοιπὸν] *Appendix, in quâ excutitur quæstio illa, Quî fieret ut ætate Longini non tam clari & sublimes uti anteà reperirentur oratores? Respondet, primò aliam esse Reipub. formam: Democraticam ingeniorum nutricem fuisse, quippe sub qua libertas fuit Eloquentiæ alumna & mater: quæ ratio, quia odiosa, devolutis ad unius arbitrium & imperium rebus, non suam, sed philosophi cujusdam ἀγωνύμου & recenti ex vulgo fuisse dicit: eámque, ut omnem declinet invidiam, refutare voluisse videtur, à querulâ hominum naturâ, qui suâ sorte nunquam sint contenti. Causas deinde alias attexit.* 1. ἀπειθείαν πόλεων: 2. *Avaritiam, deinde luxum: hinc occasionem arripit in divitias invehendi pluribus: quippe quibus factum ut cum ipsis hominibus boni quoque mores perierint. Tan-*

dem post multa concludit, quum ita cupiditatibus mancipati fuerint sui temporis homines, praclarè cum ipsis actum esse, quum alterius, atque adeò uniius arbitrio subjecti fuerint.

FINIS.

NO,

NOTARVM AVCTARIVM.

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ, VBI IN AVTHOris prosapiam, & patriam inquiritur. Criticus quare vocatus: *qui olim sic dicti. Enumeratio Scriptorum* Longini. *De Antimacho. Cyclus epicus.*

HAbes (LECTOR) *Longini* vitam ab interprete concinnatam; actum non agam; ea solùm quę ab illo prætermissa sunt, lubet ἀναπληρῶσαι.

Quod ad prosapiam *Longini*, convenit illud è *Milesiis Apuleii, Originis maternæ fundamenta à Plutarcho illo inclyto Philosopho prodita gloriam illi faciunt.* [a] Mater enim illi nomine *Frontonis*, quæ fratrem habuit *Cornelium Frontonem* Oratorem, [b] Magni *Plutarchi* nepotem. Qui *Athenis* vitâ functus *Longinum* Criticum sororis filium

[a] *Suid. in Frontone.*
[b] *Ryaldus in vita ejus. Sarisbur.*

filium hæredem scripsit. Erat, cùm hâc conjecturâ ductus, cum interprete, eum è *Syria* oriundum crederem, (*Emisa* enim *Syria* urbs.) Sed ex quo in [c] *Nicandri* scholia incidens illud legerem, Διονύσιος ὁ φασηλίτης ἐν τῷ περὶ τῆς Ἀντιμάχου ποιήσεως, in eo sum, ut *Pamphylia*, in qua *Phaselis*, eum nos debere putem. *Dionysium* enim illum *Phaselitem* ab hoc nostro non alium fuisse facilè credet qui ex *Suida* didicit in *Antimachum* scripsisse *Longinum*. Quem authores passim *Criticum* appellant. [d] Critici autem olim dicti qui postea Grammatici. Critica hæc, quæ *Aristotelem* patrem agnoscit, in eo præcipuè versatur ut quæ authorum γνήσια, quæ ἀναβολιμαῖα discernat: & hoc munus (*Athenis*, ut puto) *Longino* impositum; de quo [e] *Eunapius* sic refert, εἴ τις κατέγνω τινὸς τῶν παλαιῶν ἢ τὸ δοξαδὲν ἐκράτει φέρεσθαι, ἀλλ' ἢ Λογγίνου πάντως ἐκράτει κρίσις. *Si quis in antiquorum aliquem calculum ferret, sententia rata habita non est, priusquam* Longinus *accederet*: quam provinciam ante eum administravit alter *Dionysius* è *Caria*. *Athenis* autem, fidem facit ἀπαυτοσχεδίαστον illud *Porphyrii* ex [f] libris περὶ φιλοσόφου ἱστορίας, ubi se à *Longino* Πλωτίνεια *Athenis* celebrante inter alios ad festum vocatum tradit. *Plotinia* autem haud dubiò, in *Plotini* defuncti præceptoris honorem instituit, die forsan emortuali; [f] natales enim suos ex consulto discipulos cælari voluit.

[c] *in Theriac.*

[d] *Dion. Chry. Or. de Homero.*

[e] *In vita Porphyrii.*

[e] *Quorum 3. citat Stephanus in γάδαρα.*

[f] *Porph. in vita Plot.*

Scripsit

Scripsit *Longinus* plurima, eáque non vulgaria; περὶ βιβλίων ἃ αὐτὸς πολὺ πλῆθος φέρεται, καὶ τὸ φερόμενον θαυμάζεται. Quæ à *Suida* memorantur breviter percurram. Eunap.

1 περὶ τοῦ κατὰ φειδίου commentarium, crediderim in orationem contra *Phidiam*; forte Μειδίου, quæ *Demosthenis* est.

2 ἀπορήματα ὁμηρικά. *Dubia Homerica*, ea sunt quorum liber quintus citatur ab *Homeri* scholiaste, ubi Draconem passeres devorantem *Sthenium* vocatum refert, ὅτως γὰρ ἱστορηται Διονυσίῳ ἐν τῇ ϛ περὶ ἀπορῶν. ἀπορημάτων ὁμηρικῶν etiam libros sex conscripsit *Aristoteles*. *Laer.* h Ιλ. ϛ.

3 εἰ φιλόσοφος Ὅμηρος. An *Homerus fuerit Philosophus*. Apud i *Laertium* sunt qui *Scepticorum* Principem putant. Et k *Anaxagoræ* succenturiat *Horatius*, hoc ei elogium ferens, i in Pyrrhone. k lib. 1. 2. l Epist. 1. 1.

Quid sit pulchrum, quid turpe, quid utile, quid non,
Plenius ac melius Chrysippo & Crantore dicit.

4 προβλήματα ὁμήρου καὶ λύσεις. *Quæstiones & solutiones Homericæ*. Ex quo mustaceo laureolam anteà captârant haud pauci. Putà *Heraclides Ponticus* λύσεων ὁμηρικῶν, *lib.* 2. quos vertit & in lucem dedit *Gesnerus*, titulo *Allegoriarum* in *Homeri* fabulas. *Porphyrij* etiam ζητήματα ὁμηρικά, majoris operis progymnasmata, ad nos deduxit ævi fluxus; reliquis ejusdem nominis absorptis.

5 τίνα φησὶ τὰς ἱστορίας οἱ γραμματικοὶ τὰς ἱστορικὰς ἐξηγοῦνται. Quæ Grammatici præter hiſtorias ut hiſtorica commentantur: & in hoc etiam opere *Cæcilium* habuit facem præferentem, qui (ut idem *Suidas*) de ijs ſcripſerat quæ a rhetoribus ſecundum hiſtorias, vel præter hiſtorias referuntur.

6 περὶ τῆς παρ' Ὁμήρῳ πολλαχοῦ σημαινομένων λέξεων. De dictionibus *Polyſemis* apud *Homerum*: opus grammaticum, quale illud [a] *Protagoræ* de *Homeri* gloſſis: fortè & [a] *Demetrii* de Iliade & Odyſſea: Nam de *Baſilide*, quem in Epitomen redegit [b] *Cratinus*, res eſt extra aleam, περὶ Ὁμηρικῆς λέξεως pariter inſcripto.

7 Ἀττικῶν λέξεων ἐκδόσεις β'. Atticarum dictionum Editiones duæ; quibus in limine operis ſui ſe in eo congerendo uſum eſſe agnoſcit *Suidas*; præivit hic etiam *Cæcilius Siculus*; quibus eo in loco ſubjunguntur *Lupercus*, *Pacatus*, & *Pollio Alexandrinus*. Addit *Photius Dionyſium Halicarnaſſæum*, *Pauſaniam*, *Mœridem*, *Atticiſtas* omnes: melioris notæ quàm paucula illa *Phrynichi*, *Magiſtri*, aut *Moſchopuli*, quibus tamen reliquorum jacturam levamus ex parte.

8 Ἀντιμάχου ἢ † Κλέωνος.] *Cleones* duo, [c] unus poëta *Siculus*; alter [d] Κυκλικὸς *Argonauticorum* ſcriptor, à quo multa *Apollonius*, *Antimachum* talem fuiſſe, ut *Delio* natatore opus haberet, ex iis patet quæ apud [e] authores ferun-

[a] Laert. l. 5. & 9.

[b] Etymol. in ἀείζηλος.

[c] Curtius l. 8.

[d] Apollonii ſchol. lib. 1.

[e] Apollonii & Nicandri ſchol.

tur:

tur: Hujus æmulus & mirator [c] *Hadrianus Cæsar, Catacrianos*, libros obscurissimos, eum imitatus scripsit, Indicio etiam sunt tum quæ à *Nicandri* scholiaste adducuntur, tum quòd *Nicandrum* pariter ejus æmulum prædicat, & ab eo multa mutuatum: fortè non in *Theriacis* sed *Thebaicis*, uterque enim argumentum illud tractavit. [d] *Tzetzes* inter Poëtas ὀνομαστὰς reponit, quales ei sunt numero quinque, *Homerus, Hesiodus, Panyasis*, (corruptè Πάνυσις) *Antimachus*, & *Pisander*. Cum *Homero* conjungit [e] *Propertius*,

Tu non Antimacho, non tutior ibis Homero.

Imò & præferre ausus est [f] *Hadrianus*, qui de abolendo penitùs *Homero* cogitavit, ut *Antimachum* induceret, cujus anteà ne nomen quidem apud plures innotuit. ὃ οὐδὲ τὸ ὄνομα πολλοὶ πρότερον ἠπίσταντο. Litem dirimat [g] *Gregorius* Theologus, qui hoc inter eos discrimen ponit, quod *Homerus* multa paucis complexus sit, hic pauca multis; eóque brevitatis palmam *Homero* defert, τοῖς πράγμασι πεῖναν τὸ μῆκος, ἀλλ' ὁ τοῖς μήκεσι πράγματα. Alterum etiam correctorem nactus est, *Longini* συμφοιτητὴν, [h] *Zoticum* scilicèt, & ipsum *Criticum*; operis nomen Τὰ Ἀμφιμάχε διορθωτικά. Fuit autem *Antimachus* Scriptor *Cyclicus*, si verum doceat [i] *Acron* Grammaticus, tam ambitiosè digressionum amans ut viginti quatuor libros impleret priusquam εἰς τὸν ὁμηρικὸν διάκοσμον perduceret. [k]

c *Spartian. in vita.*

d *In prolegom. ad Lycophr.*

e *lib. 2. el. 34.*

f *Dio. l. 69.*

g *Naz. ep. 3.*

h *Porphyr. de Plot.*

i *In Horat. de Arte po.*

k *Porphyrio ibid.*

l. Apud Photium in Chrestom.

Verum[l] *Proclus*, cui hâc in parte tutiùs credendum, *Antimachum* & quatuor comites superiùs adductos ab Epico Cyclo apertè excludit. Κυκλὸς autem ἔπικὸς fuit historia mythologica à diversis descripta, sed in unum corpus congesta; in quo, fabularum quicquid ab ipsis deorum incunabulis ad reditum *Ulyssis* in *Ithacam* invaluit, mendáx *Græcia* lætanter agnovit. Authores ejus passìm audiunt, Κύκλιοι, & ἐγκύκλιοι: opus ipsum, Κυκλὸς ἐπικὸς, κύκλια ἔπη, ποίημα ἐγκύκλιον, &, sine addito, aliquando κυκλός.

m in abl. supra.

9 Hæc de operibus *Longini* à *Suida* memoratis, succedant quæ[m] *Porphyrius* retulit: Inter quæ, ordinem ducit liber περὶ ἀρχῶν. De principiis. *Philarchæus* etiam geminum illi opus elaboravit, nisi malit quispiam περὶ φιλαρχαίας sic accipere, ut φιλαρχαῖον sit inscriptio alterius operis *Longini*: utcunque habeat, hoc statuere possumus syntagma illud politiori literaturâ refertum fuisse, licèt primâ fronte nihil minus polliceatur; inde enim illud *Plotini* effatum, *Longinum philologum esse, philosophum nequaquam.*

10 Πρὸς Πλωτῖνον καὶ Γεντιλιανὸν Ἀμέλιον περὶ τέλους. *De fine, ad Plotinum & Amelium*; Continet responsum ad ea quæ ab ijs objecta: librum inscripsit *Marcello* cuidam.

11 Πρὸς τὸν Ἀμέλιον ἐπιστολή. Epistolam vocat, quod volumen erat; quia ad *Amelii* Epistolam rescripta.

12 Περὶ τῆς κατὰ Πλάτωνα δικαιοσύνης. *De justitiâ secundùm Platonem*; & hoc etiam contra *Amelium*.

13 Περὶ τῶν ἰδεῶν. In quo sententiam suam de Ideis adversus *Plotinum*, ejúsque hyperaspistem *Porphyrium* tuetur.

14 Πρὸς τὰ τῶν στοϊκῶν περὶ ψυχῆς δόξαν ἀντίῤῥησις. † *Disceptatio adversus Stoicorum de anima opinionem*: in qua probat animam non esse corpoream. Sed vereor ne titulum istum *Eusebius* ipse particulæ ab integro aliquo opere abstractæ imposuerit. † Euseb. de præpar. evang. l. 15.

15 Περὶ συνθέσεως λόγων. *De compositione orationum*, quâ de re duo syntagmata à se conscripta refert cap. 34. hujus.

15 Περὶ παθῶν. *De passionibus* commentarium promittit ad finem hujus; an absolverit incertum.

16 *De acierbus bellicis*. Librum *Romæ* servari refert * *Gesnerus*. * In biblioth.

17 Περὶ ποιητῶν. *De Poëtis*. *Dionysii Phaselitæ* opus; citat *Nicandri* Scholiastes.

18 Κεστικός. [a] *Laertius* citat *Dionysium* ἐν Κεστικοῖς. agnomen Critici huic nostro datum facit ut hoc ei opus adscribam; nec enim dubito quin *Laertius* *Longino* posterior esse poterit. a In Thalete.

19 Περὶ ὕψους. *De sublimitate*; sic enim conceptum ab authore titulum conjicio, tum quòd passim ipse sic appellat; tum quòd *Ceciliani*

ciliani operis epigraphe talis fuerit. Circumforaneum illud περὶ ὕψους λόγου, & *Gesneri* alterum περὶ ὕψους λόγου ῥητορικοῦ, minùs probo. κ) ταῦτα μὲν κ) ταῦτα.

CAP. I.

Cæcilius quis. ὑπομνήματα, *& syntagmata. Viri politici, & sophistici. Pythagoræ discipuli, Augusti, politici, mathematici. Fœminæ politicæ. Emaculatio authoris tentata. Acroamata.* ἀκροώμενοι. *Quatuor pœnitentium ordines.*

Τοῦ μὲν Καικιλίου.] Præter Comicum, Jurisconsultum, & *Cæcilium Bionem* περὶ ἀνωμάλων, duos invenio *Cæcilios*; alterum [a] historicum *Romanum*, illum forsan quem *Salustio* prætulit [b] *Hadrianus*, (sic enim antiquiores codices, sed Criticorum παραδόξως *Cæcilii* loco *Calium* substituit) Rhetorem alterum, [c] *Siculum*, qui olim *Archagathus* dictus. Ejus mentio apud [d] *Plutarchum* sæpiùs: vixit sub *Augusto*, *Dionysii* [e] *Halicarnassei* familiaris: quos conjungit [f] *Quintilianus*. *Calantianum* vocat *Suidas*, rectiùs *Athenæus* ἀπὸ καλῆς Ἀκτῆς, E *Cala Acta*, quam *Siciliæ* urbem fuisse probat πολυμαθέστατος *Casaubonus*. Erat & altera καλὴ Ἀκτὴ urbs [g] *Cretæ*, eandem existimo quam in D. *Pauli* διάπλου

synonymâ

a *Strabo lib. 5.*
b *Spartian.*
c *Suid.*
d *De decem Rhetor.*
e *Halic. in ep. ad Pomp.*
f *Inst. 3. 1.*
g *Steph.*

synonymâ voce signatam legimus[h] καλὰς λιμένας. Ex divisis vocibus καλὴ Ἀκτὴ in unam concrescentibus fit καλάκτη, quod in aliis id genus insolens non est; ut Νέα πόλις, Νεάπολις. Μεγάλη πόλις, Μεγαλόπολις. Inde *Polybius Megalopolitanus* dictus: Et ἀπὸ καλῆς Ἀκτῆς *Cæcilius Calactianus*: unde lapsus *Athenæi* interpres qui in *pulchra Attica* natum dixit, quia nimirum *Atticam* olim Ἀκτικὴν vocatam novit.

h *Actorum.* 27. 8.

Συγγεγραμμένον.] *Cæcilii* opus σύγγραμμα vocat, vere; proprium autem ὑπόμνημα, modestè. Quasi illud *syntagma* esset, hoc tantum *Commentarius*. Quid interesit, lubet ex[k] *Ammonio* docere, Scripta ὑπομνήματα ἐκεῖνα καλοῦσι, ὅσα σφῶν αὐτῶν ἕνεκεν ὑπεμνήσθησαν τὰ ὑπόμνημα, &c. Commentarios vocant, quæcunque in subsidium memoriæ annotant. Solebant enim antiqui priorum opera relegentes, opiniones eorum & argumenta annotare, quin & sua; ut si quando ad scribendum se accingerent, in procinctu haberent antiquorum eâ de re sententiam, futuri operis materiam. Συντάγματα verò ὅσα φέρειν ἔχει πρόσωπον σύνταγμα, καὶ τάξιν τῶν κεφαλαίων ἔντεχνον διαίρεσιν. In quibus & phrasis magis elaborata, quæque syntagma deceat, & ordinatior in capita partitio. Ideò *Agellii* liber propriè Commentarius est, *quem ad subsidium memoriæ, quasi quoddam literarum penus, recondebat.* Uti habet in calce operis;

i *Cap.* 1. & 32.

k *In Arist. Categ.*

operis; quæ tota narratio, quod à *Plinio* factum, potiori jure à fronte libri colloceretur una cum *Elencho* capitum; ut in *Plinio* factum cernimus, exemplum cujus secutus est *Gellius*, (& præfationem maximâ ex parte mutuatus) ut *Plinius Sorani*. Simili sensu & ὑπομνηματικὰ vocantur Grammaticis, qualia *Phavorinus* composuit: licèt Rhetores vocem strictiùs sumant, quibus [m] ὑπομνημόνευμα θέσις ἔστιν ἢ λόγου βιωφελής. *factum vel dictum utile*. Et inde *Cæsari* vitio vertitur quod opus illud suum Commentarios inscripserit, quod verius historiam poterat.

l *Gell. & Laert. passim.*

m *Theon. progym. cap. 5.*

P. 52. Ἀνδράσι πολιτικοῖς.] Viros politicos appellat non tam qui rempub. administrant, quàm Oratores illos qui causas civiles in foro agebant; ut ab umbraticis illis doctoribus separaret, qui fictas tantam controversias, μελέτας scilicet, vel Suasorias in scholis declamitabant: discrimen illud & [n] *Pollux* admittit; ῥητορικὴ, ἡ αὐτὴ καὶ πολιτικὴ καὶ σοφιστική. Rhetorica inquit, quæ & politica & sophistica. Illam judicialem vocat [o] *Philostratus*, apud quem *Damianus* δικανικῆς σοφιστικώτερος, σοφιστῆς δικανικώτερος audit: Et [p] alibi, λόγον ἀγωνιζόμενον, qualem scilicet agones scholastici agnoscunt, opponit politico. Huc facit illa [q] *Pythagoræ* discipulorum distinctio; quorum alii, qui contemplationi vacabant, *Augusti*, θεαστικοὶ appellati; qui rebus agendis, Politici; qui

n *Lib. 4. cap. 1.*

o *De vitis soph. l. 2.*

p *In Apollonio Naucratite.*

q *Theocrit. schol ad Idyll. 14.*

qui Geometriæ, & Astronomiæ, Mathematici. Adde quod [a] hodierni *Græculi* vænalis pudicitiæ fœminas πολιτικὰς vocant.

[a] *Heins. in Hesiod.*

Εὖ γὰρ δὴ ὁ ἀποφαίνων.] Chriam istam, quam eruditus interpres ἀμφηνέως ad *Demosthenem* refert, ego productis tabulis in antiqui domini possessionem revoco; [b] *Pythagoras* is est, qui duo hæc homines habere dixit deorum operibus quàm similia, τὸ ἐ ἀληθεύειν καὶ τὸ εὐεργετεῖν.

[b] *Ælian. var. hist. l. 2. c. 59.*

Καὶ ἐ ἑαυτὸν φεύσαλον ἐυκλείας ἐ αἰῶνα.] Vertit interpres, *Et laudibus suis orbem implevisse*. *Græca* non ferent: quæ per se etiam nimis dura; Ego sic corrigendum censeo, καὶ ταῖς ἑαυτὸν ὑφρύσαλον ἐυκλείας τὸν αἰῶνα, & reddendum, *vitam famâ supergressi*. αἰῶνα enim, præter alia, etiam humanam vitam significare & pueri nôrunt. φεύσαλον autem pro ὑφρύσαλον lapsus proclivis.

Οὐ γὰρ εἰς πειθὼ τοὺς ἀκροωμένους.] Ἀκροώμενοι dicuntur, sed latiùs sumptum, quivis auditores; strictiùs, scholastici; ἀκροάματα enim olim professorum ad discipulos dictamina. σχεδὸν γυμνοὺς ἀκροατὰς, ut [c] *Ammonius*. Quæ [d] ἀκροατικοὺς λόγους vocavit *Aristoteles*, in quibus arcana Philosophiæ recluſa: Imò & disciplinæ [e] ἀκροατικαὶ vulgò audiebant: Vocabulum illud etiam *Latiari* togâ olim donatum, & *Acroama* apud [f] *Ciceronem* etiam de persona dicitur. *Actor & acroama*. Sequiori seculo [g] *Acro-*

[c] *In Arist. Categ.*
[d] *Gell. lib. 20. c. 5.*
[e] *Plut. in Alex.*
[f] *Orat. pro Sest.*
[g] *Acro-*

a *Isidor. in gloss.* [a] Acroamata vocata est auditio tibiarum & lyrarum. Demùm quæ vis vocis ἀκροώμενοι, apud Scriptores Ecclesiasticos licèt doctioribus non ignota, quia tamen non ita vulgò cognita, lubet hic explicare. Erant in Ecclesia primitiva quatuor ordines pœnitentium, προσκλαίοντες, ἀκροώμενοι, ὑποπίπτοντες, & συνιστάμενοι. Primi intra portas oratorii non admissi;

b *Anon. MS.* [b] Προσκλαίοντες μὲν εἰσὶν οἱ ἔξω τῆς θύρας τοῦ εὐκτηρίου ἑστῶτες, καὶ πρὸς τὴν εἴσοδον τε καὶ ἔξοδον πιστῶν εὐχαί τε αἰτούμενοι, καὶ πλὴν τῆς ἀναφορᾶς συγχώρησιν. Ἀκροώμενοι intra portas, in narthece, stabant, & sacras Scripturas, & communem doctrinam audiebant, posteà cum *Catechumenis* unà exibant: Ἀκροώμενοι οἱ ἔνδον τῆς θύρας ἑστῶτες ἐν τῷ λεγομένῳ νάρθηκι, καὶ τὴν θείων γραφῶν καὶ τὴν κοινὴν ἐπακούοντες διδασκαλίας: εἶθ' ὅταν μετὰ τὴν κατηχουμένων ἐξερχόμενοι. Ὑποπίπτοντες, intra Ecclesiam stantes, sed post ambonem, οἱ ἔνδον τῆς ἐκκλησίας ἑστῶτες κατόπιν τοῦ ἀμβωνος· καὶ μετὰ τῶν κατηχουμένων καὶ ὅτε ἐξίοντες, ἡνίκα τὸ, ΟΣΟΙ ΚΑΤΗΧΟΥΜΕΝΟΙ, ἐκφωνηθείη παρὰ τοῦ διακόνου. Συνιστάμενοι, qui precibus & psalmis cum fidelibus communicant, sed à sacris mysteriis abiguntur: οἱ τοῖς πιστοῖς μὲν συνδιάγοντες, καὶ συμψάλλοντες, τῆς δὲ τῶν ἁγίων μυστηρίων ἀπειργόμενοι συλλήψεως, μέχρις ἂν, ἐξήκοντος τοῦ νενομισμένου χρόνου, τὸ τέλειον αὐτοὺς τῆς θείας ἐνδέξηται κοινωνίας.

Παντὶ δὲ μᾶλλον συνεπαλήξει τὸ πάθει.] Mallem legeretur τὸ συνεπαλήξει, ut sint duo cola ὃν πά-

ἀδρανῆλε jacentia, & κρατεῖ verbum ἀπὸ κοινῆ utrique respondeat; in hunc sensum: *Semper enim quod percellit, & illud quod in stuporem agit, eo fortius quod ad gratiam.*

Ὡς τὰ πολλά.] *Ut plurimùm.* Non enim hoc vult, in nobis *semper* positum esse ut persuadeamus; præsertim sine granditate, sed ὡς ἐπὶ τὸ πολύ.

Cap. II.

Βάθος, *altitudo. Virgilius dithyrambicus.* Δόλος, δολός. *Gorgias Leontinus; à quo* γοργιάζειν, & γοργεῖα. περβάλλειν. *Orationes Gorgiæ* λαμπάδες. *Callisthenes quis. Clitarchus.* φορβειὰ *quid. Amphicrates. Hegesias. Matris. Scholastici.* παιπαλῶδες. *Theodorus. Parenthyrsus.*

Εἰ ἔστιν ὕψος τις ἢ βάθος τέχνη.] Βάθος & ὕψος pag. 7.
non nunquam voces synonymæ. Sic [a] *Theocritus*, — ὡς ἦ βαθεῖαι ταὶ ἀτραπιτλίδες ἐπί. Quàm altæ sunt atractulides! Ita altum & profundum apud *Latinos*; ut, Juvat ire per *altum*: Et,

Terrásque, tractúsque maris, Cœlúmq; *profundum*.

[a] Idyll. 4.

Κατασκελετεύομεν.] Rectè quidem, *arefacta*; inde enim [b] ἀλίσκω & ἁλίσκομαι de mortuis dicuntur

[b] Plut. sympos. l. 8. c. ult.

dicuntur (quos gabbaras vocant Ægyptii) λοιδορημάτης τὰ ὀνόματα τῆς ξυρίττης. Illud enim διὰ τὸ μὴ ἔχειν λιβάδα, hoc παρὰ τὸ σκεῖλαι dictum.

Πλεκτάνας, καὶ τὸ πρὸς ὄρφνον ἐξημεῖν.] Audaces illæ tranſlationes pyrgopolinicis alicujus apud tragicum neſcio quem, jactantiam redolent; qui minatur ſeſe cœlo oppedere, *Boream pro fiſtulatore* habere, & *undoſo flammarum vortice* tectum incendere. πλεκτάνη autem apud *Pollucem* cincinnos implexos deſignat. Et apud *Comicum*, Αὐραῖ διαλαίρυσι πλεκτάνας κάπνου. *Auræ diventilant volumen fumi.* Invenias forſan & apud *Æſchylum* quædam hiſce gemina; imò (quòd mireris) apud *Virgilium*; Lege, & pronuncia:

c In ὄρνιθ.

Æneid. 3.

Horrificis juxtà tonat Ætna ruinis:
Interdumq; atram prorumpit ad æthera nubē:
Turbine fumantem piceo, & candente favillâ:
Attollitq; globos flāmarum, & ſydera lambit.
Interdum ſcopulos, avulſaq; viſcera montis
Erigit eructans, liquefactáq; ſaxa ſub auras
Cum gemitu glomerat; fundoq; exæſtuat imo.

d Vlpian. in Demoſt. περὶ παραπρεσβ.

Τεθόλωται.] θόλος *Athenis* locus erat ἔνθα ἐστιτοδοῦντο οἱ ἐν δημοσίοις γεγραμματεῖς, ἢ χειροτονηθέντες ὑπὸ τῆς πόλεως. ὠκοδόμηθη δὲ θόλος, διὰ τὸ θολοειδὲς καὶ στρογγύλον ἔχειν τὸ σχῆμα: *in quo ſcribis publicis, & magiſtratibus à civitate electis victus præbebatur; ſic dictum quòd ſigura eſſet rotundæ, ad inſtar tholi.* θολὸς autem atramentum

tum sepiæ; unde apud *Philostratum* occurrit huic nostro geminum; vinum dicit, Ἐναπομέλαν τῇ τῆς ὑὸς οὐσίᾳ, διαθολεῖν τὸν ἐν τῇ ψυχῇ αἰδέρα, sudum mentis obfuscare.

* *In vitâ Apollonij. l. 1. c. 6.*

Κἂν πρὸς αἰγὰς ἀναδοκιμῇς.] *Si ad solem suspicias.* Metaphora à rei vestiariæ institoribus desumpta; qui, si quid latentis in panno vitij insit, sic explorant. Vide sis *Macrobium* Satur. l. 2. c. 4.

P. 11. Τὸν ἐκ τῆς Λεοντίνης Γοργίαν.] *Gorgias Leontinus*, Rhetor *Siculus*, de quo librum integrum scripsit [a] *Hermippus*; primus sophistarum pater, quem cognomine dialogo exagitat *Plato*; à quo hoc responsum retulit, καλῶς μὲν ὁ Πλάτων ἰαμβίζειν, *Plato* optimè novit convitiari; sic enim interpretari mallem, quàm, *optimè* novit iamborum usum; ἰαμβίζειν γὰρ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τὸ λοιδορεῖν, & indè iambis nomen. A *Gorgia* τὸ ἐπιπλέον *Thessali*, ejus miratores, [b] γοργιάζειν vocabant; & γοργιάσματα quædam orationis γοργείας dicta; quibus & ipse *Plato* nimis pueriliter quandoque exultat; de quo [c] *Dionysius Halicarnassæus*, γοργιάσματά τινα καὶ παίγνια τοῖς γοργείοις ἐπαίρων καὶ μειρακιεύων ἐπαφρύνεται. Adeò ut ne ipsi *Gorgiæ* in gorgiasando primas cederet, [d] ἔδει τὸν Γοργίαν παίσαντα αὐτὸν ἄρτιον γοργιάζειν: ab hoc inflatum illud orationis & cristas, τὸ ἐξηλόφωμον καὶ ἐπηρμένον eruditi sunt *Critias* & *Thucydides*. Sed hebemata ista *Gorgiana* quæ fuerint licèt ex *Diodoro*

a *Athen. lib. 11.*
b *Philostr. in Gorg.*
c *Athen. ib. Dionys. περὶ τῶν ἀρχ. & Hephæstionis Schol.*
d *Philostr. ib. & in Critia. Max. Tyr. diss. 7.*
e *De Demosth. & in Isæo & de compos. f. Philostr. in Ep. ad Juliam Aug. & in Critia.*
g *Biblioth. l. 12.*

doro Sioulo discere: nempe antitheta, ἰσόκωλα, πάρισα, & ὁμοτέλευτα: quem imitandum sibi proposuit *Æschines* in oratione de *Thargelia*, unde *Gorgianum* hoc desumit *Philostratus*, Θαργηλία ἐλθοῦσα εἰς Θετταλίαν, ξυνῆν Ἀντιόχῳ Θετταλῷ, βασιλεύοντι πάντων Θετταλῶν. Fuit autem tam præsentis ingenii *Gorgias*, h ut *primus in conventu poscere quâ de re quisque audire vellet, ausus sit*: nempe cùm *Athenas* legatus veniret, & ingenii specimen in theatro edere vellet, edixit i προβάλλετε, Proponite quod vultis; unde vox illa extemporaneis dicendi magistris in posterum solennis: inde tantus illi delatus honor, ut *universa Græcia in templo Delphici Apollinis statuam solido ex auro ei poneret*; cùm *cæterorum, ad id tempus, auratas collocâsset*. Ita *Valerius*; licèt paulò aliter *Athenæus*. Imò *Athenienses* postea k τὰς ἡμέρας ἐκείνας ἐν αἷς ἐπεδείξατο ἑορτὰς ἐκάλουν· τοὺς δὲ λόγους αὐτοῦ λαμπάδας. dies illos, quibus se audiendum populo propinavit, festos; & Orationes ejus lampadas vocabant: rationem subjungit, quia nimirùm ὥσπερ τὸ σῶμα ἐκπύρεται τὸ σκότος, οὕτως ἡ ξυνετοὶ λόγοι τὴν ἄνοιαν. Nec tamen evasit Criticorum censuras; in quo l *Dionysius Halicarnassæus*, ὄγκον ποιητικῆς κατασκευῆς, Poëtici ornatus fastum culpat; & hic noster adductis exemplis abundè probat, quod alter ille m alibi de eodem dixerat, ἐν πολλοῖς πάνυ φορτικῶς π

h *Valer. Max. l. 8. cap. 15. Platoin Gorgia.*

i *Philostr. de vitis. lib. 1. in initio.*

k *Troilus sophista in prolegom. rhetor. MS.*

l *Ep. ad Pompeium.*

m *In Lysia.*

κ) ὑπερῆχαν πολῶν τ κατιόντων, κ) ὁ πόρρω διανεφέλησαν ἔντα φθεγξόμενον.

Ξέρξης ὁ ἡμῶν Περσῶν Ζεύς.] *Xerxes Persarum Iupiter*: nollem poëtam aliter dixisse; [n] *Oppianus* optimè,

n Κυνηγετ. lib. 1.

Αὐσονίη Ζηνὸς γλυκερὸν θάλος Αντωνῖνε.

Sed in oratore nimis audax; habeo tamen quo *Gorgiam* excusem; quid si illud *Hellespontii* viri ante oculos haberet, quo *Xerxem* jam transvectum excepit? [o] Ὦ Ζεῦ, τί δὴ αὖ τὸν ἐμὸν Πέρσην, κ) ἔνομα αὖτὶ Διὸς Ξέρξεα θέμενον, &c. *O Jupiter, quidnam tu sub specie viri Persæ, & accepto Xerxis pro Jovis nomine, Græciam è sedibus suis, exturbare vis, omnes homines ducens, cùm etiam citra hoc tibi id facere liceret?*

o Herodot. Polymn.

Γύπας, ἐμψύχοις τάφοις.] Neque hoc effugit [p] *Hermogenis* notam, qui subligneis istis sophistis non alia, quàm quæ ipsi adornârunt, sepulchra imprecatur. Ἀρὰ τοῖς ξυλίνοις τούτοις σοφισταῖς πάμπολλα ἄγρια ἄν. τάφους τ κ) ἐμψύχους τοὺς γύπας λέγουσιν, ὥσπερ εἰσὶ μάλιστα ἄξιοι, κ) ἄλλα τοιαῦτα ψυχδόν τι πάμπολλα.

p Deidelt. l. 1. c. 6.

Καί τινα τῶν Καλλισθένους.] Fuit *Callisthenes Aristotelis* in *Alexandri* institutione successor; impotentis linguæ, & cui [q] ἄκρατον παῤῥησίαν passim tribuunt authores. [r] Scripsit historiam *Græcanicam*; sophistam vocat *Athenæus*; & confirmat illud *Alexandri* in eum jactatum, μόνῳ σοφιστῷ ὄντι ἐδ' αὐτῷ σοφός. Quod ad

q Arrian. anab. 8. Sen. Suasor. 1. Laert. in Arist. r Athen. lib. 10.

stylum spectat, de quo hìc agitur, λεπτὸν ei tri-
s *In Alex.* buit s *Plutarchus*; & *Suidas* πολλὴν ῥυμὴν plurimum impetum: s *Aristoteles* ejus in dicendo vires agnoscit, sed prudentiam exigit: λέγειν μὲν ἱκανὸς καὶ μέγας, ἀλλὰ νοῦν οὐκ ἔχων.
t *Plut. in Demosth.* Erat etiam *Callisthenes* alius, t Orator *Atticus*, quem, inter cæteros, dedi sibi postulabat
† *MS. apud Meursium in gloss.* *Alexander*. † Alius de vita *Alexandri*, Ψευδόνυμος.

u *Laert. l. 4.* Τὸ κλειτάρχου.] *Clitarchus*, φλοιώδης ἀνὴρ, homo corticeus, φλοιῶν μεστὸν dixisset u *Crantor*.
x *Athen. lib. 4.* x Scripsit historias de rebus gestis *Alexandri*.
y *l. 1. & aliàs.* Ejus mentio apud y *Plinium* & *Plutarchum* sæpiùs: stylus ejus haud injuriâ reprehensus à *Longino*; accedit *Cicero*, qui cum τὸ μιεγχιώδες in *Sisenna* reprehenderet, z *Unum Clitarchum neque quenquam praterea de Gratia eum legisse videri, dixit.*
z *De leg. l. 1.*

Φυσῶν, κατὰ τὸν Σοφοκλέα,
Μικροῖς μὲν αὐλίσκοισι, φορβειᾶς δ' ἄτερ.

Totum illud *Sophoclis* correctius habes apud *Ciceronem*,

Φυσᾷ γὰρ ἐμμικροῖσιν αὐλίσκοις ἔτι,
Ἀλλ' ἀγκύλαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ.

Non jam modicas inflat tibias, sed ingentes follis sine capistro: nisi quòd φορβειὰ acutitonum sit, ut a *Herodiano* placuit libro περὶ τῆς ὀξυτονικῆς προσῳδίας.
a *De prosodia dictionum in Odyssea.* Est autem φορβειὰ capistrum quo tibicines ora sibi colligabant, *Suidæ*, φόρβιον, & φορβιὰς, *Hesychio* etiam (nescio quàm emendatè)

datè) φορβαία & φορβέα. Usus ejus ἵνα μὴ χανῇ τὸ χεῖλος. *ne fortè labrum findatur*; *Suidas*. Addit scholiastes [b] Comici, ὅπως ἂν σύμμετρον τὸ πνεῦμα παιπάλωμον ἡδεῖαν τὴν φωνὴν τῷ αὐλῷ ποιήσῃ: *ut spiritus moderatiùs emissus vocem tibiæ dulciorem efficiat*. Inde *Pollux*, καὶ φορβειὰ σφηνίσκος τοῖς αὐλοῖς, καὶ ἡ τῇ φορβειᾷ κατειλημμένον, ἐμπεφορβημένον ἔλεγον: malè interpres; *Ligulæ tibicinibus conveniunt, unde & ligulis detentum, alligatum nominant*: ligulæ enim tibiarum, φορβειαί tibicinum: author forsan ad illud [c] Comici respexit, ὅπου κόραξ εἶδεν ἐμπεφορβιωμένον. *Nunquam corvum vidi capistratum*. Sed uter ex altero corrigendus incertum, an uterque ex [d] *Eustathio*: qui ἐμπεφορβειωμένον habet.

[b] In Vesp.

[c] Aristoph. in Avibus.

[d] In Odyss. τ.

Τῆς φορβειᾶς speciem uti meliùs dignoscas, ecce tibi, post eruditum Criticorum par *Schottum* & *Salmasium*, monumentum à *Velsero* primitùs doctis exhibitum, recusum damus.

Picturam hanc [a] *Andreas Schottus*, author non ingenuus minùs quam eruditus, contendit esse vel servi, vel homicidæ, cui os camo obturatum: sed, pace tanti viri, quæ in medium producit, *Aristophanis*, *Chrysostomi*, & è Menologio testimonia haud facilè evincunt. Si *Harpocratis* esset, quorsum rimula ista ori adaptata, siquidem per nares liceat respirare? Et satis probat ἀμφοτίδας non esse, quibus aures sibi palæstritæ muniebant: Ego quidem *Rubeniorum* sententiæ lubens accedo, qui *Marsyæ* tibicinis iconem putabant; uti & [b] *Salmasius*, ὁ πάνυ: Tum quòd *Marsyam* constet & φορβειὰν in usu habuisse, quæ ideò perforata ut tibia ori inseratur; tum quòd aures habeat satyricas, *Marsyas* enim è satyrorum genere, uti

[a] *In append. Vaticanam paræmiarum.*

[b] *In exercit. Plinianis.*

uti & *Midas*, cujus aures penè ad proverbium notæ; [c] μετεῖχε σατύρων γένους ὁ Μίδας, ὡς ἐδήλου τὰ ὦτα; utrumque expressit *Simonides*, ubi de *Marsya* contentione verba faciens, sic habet, χρυσῷ δ' ἀγλαΐηνπ περσύρμοσιν ἀμφὶ σιαγόνας Κόρσας, χὐ σῶμα λάβεσκ ὀπιδοσκίτισιν ἱμᾶσιν. *Aurum splendidum adaptavit hispidis supercilijs, & ori ingenti retrò ligata vincula:* uti ex eo tum [d] *Johannes Tzetzes*, tum [e] *Plutarchus*. Objicit *Schottus*, ex *Apuleio*, *Marsyam hispidum, multi-barbum, spinis & pilis obsitum fuisse*: hunc verò glabellum penitùs & imberbem juvenem: & sanè *Marsyas* iste marmoreus, cujus iconem ex ædibus *Valensibus Romæ*, nobis spectandum præbet [f] *Baptista de Cavalleriis* abundè barbatus est. Verùm minori negotio expediemus de barba controversiam, quàm de auribus ille, quarum in servo, vel damnato, prolixitatem nullus docet.

c *Philostr. de vita Apoll. l. 6. c. 13.*

d *Chiliad. 1. hist. 15.*

e *De ira cohibenda.*

f *Antiquarum statuarum Romæ l. 1. 85*

Ἀμφικράτης.] *Amphicratis* ἀεὶ ἐνδόξων ἀνδρῶν, *De viris illustribus*, libri meminit *Athenæus l. 13.* sed poëtam illum fuisse ex distichо ibi loci adducto abundè constat; ego hunc nostrum solutâ oratione scripsisse ex ijs quibuscum hic conjungitur persuasum habeo.

Καὶ Ἡγησίου.] fuêre haud dubio *Hegesia* plures; unus *Salaminius* poëta; [g] de quo dubium an κύπρια ἔπη, *versus Cyprios*, composuerit. De eorum authore quæstio satis antiqua.

g *Athenæus, l. 15.*

Herodotus in *Euterpe* eos *Homeri* non esse sed alterius cujuspiam, probat [h] *Proclus*, nec *Hegesia* esse, sed *Stasini Cyprii*. Alter *Hegesias Maroneus*, à quo *Plinius* nonnulla mutuatus est l. 8. Tertius *Magnesius*, quem *Halicarnassaeus* sophistam vocat, *Theon* rhetorem; uterque in eo styli vitia damnat. [i] *Dionysius* quidam postquam luxatis sententijs orationem *Herodoti* infractam reddiderat, statim subjicit Ἡγησιακὴν τὸ σχῆμα τοῦτο τῆς Διωνύσου, *hanc esse formam compositionis Hegesiana* τῶν γὰρ τῆς λήρου ἱερεύς ἐστιν ὁ ἀνήρ, *Est enim istiusmodi nugarum antistes*. Et in eandem planè sententiam [k] *Theon* Sophista, tum illum, tum *Asianos* rhetores alios malæ compositionis reos peragit: ut qui deperirent nimiùm τὴν ἐμμελῆ καὶ εὔρυθμον λέξιν. [l] *Plutarchus* etiam frigiditatis incusat, qui templũ *Ephesi*, εἰκότως ἂν καταφλεχθῆναι, φησὶν ὁ Ἀρτέμων ἀφλεγμάνης πρὸς τὴν Ἀλεξάνδρου γαίωσιν. *Meritò conflagrâsse dixit, quasi Dianâ, tunc nascente Alexandro, in obstetriciò munere occupatâ. Epiphonema*, inquit *Plutarchus*, *adeò frigidum, ut incendium ipsum restinxisse potuerit*, κατασβέσαι δὲ πυρκαϊὰν ἀνεῖλεν ἐπὶ ψυχρίᾳ γενομένην.

h *in Chrestom. apud Photium.*

i Δεῖ Διωνύσου ἐγομ.

k *Prolym. cap. 2.*

l *In Alexandro.*

Καὶ Μάτρις Ἡρ.] Scripsit *Matris Herculis encomium*; orationem puto, non poëma panegyricum.

a *Athenæus, l. 10.*

p. 13 Σχολαστικὴ γνώμη.] *Notio scholastica. Scholastici* olim dicti Rhetores qui vænalem

b *Suet. de clar. rhet.*

in

in scholis eloquentiam venditabant: unde *Scholasticæ controversiæ*, in dialogo de Oratoribus, quem & *Tacito* stylus abjudicat; & longè aliud opus fuisse illud *Quintiliani*, *De causis corruptæ eloquentiæ*, abundè constat ea quæ ad finem libri octavi, cum ijs quæ in dialogo dicuntur, conferenti. Imò [b] *Seneca* pater luculenter docet exercitamenta Rhetorum, quæ *Ciceroniano* seculo *Theses*, ab ipso *Cicerone causæ*, audiebant, suo tandem *Declamationes* & *Scholasticas controversias* appellata: nostro demum notionem istam in peculium suum vindicavit Theologia.

b *Præfatione ad controvers.*

Τὸ ξένιζε καὶ πεποιημένον.] *Eximium* & *fictum*. πεποιημένον dicitur quod peregrinum in sermone est, & poëticum. Sic *Halicarnassæus*, ἔστι ῥητὰ διάλεκτος ἰδιωτικὰ, ἃ δὲ γλῶτται πολλαί τινες, ἔστι ξένα ἢ πεποιημένα ὀνόματα. Distinguit [c] *Technicus* inter ἰδιωτικὰ & πεποιημένα vocabula, necnon ξένα, ἀρχαῖα, ξένα, & ὁμώνυμα: quòd poëtica sunt ὅσα τινὸς ἐξηγήσεως δεῖται, quæ *interpretatione indigent*, ut κρήγυον & ἀντιθεΐζειν. Πεποιημένα autem, ut κέλαδος, κόναβος, κελαρύζειν· † nimirùm quæ per ὀνοματοποιΐαν à sonis rerum formantur. Verùm hæc non ubique obtinent.

c *Theon. cap 4.*

† *Aristot. Rhet. l. 3. c. 2.*

Ὅσοι ὁ Θεόδωρος παρ' ἡμῖν ἐπάλλει.] Scriptores satis multi, *Theodori* nomine insigniti; erat qui [d] περὶ αἱρέσεων commentatus est: viginti præterea *Theodoros* enumerat [e] idem alibi. Si quis

d *Laert. in Aristippo.*

e *ad finem.*

ex

ex iis omnibus hic à *Longino* referatur, *Dionysius Halicarnassius* crit, ὁ ἀπὸ λόγων πολιτικῶν. *Orator civilis*: quem & λογοδαίδαλον vocat *Quintilianus* ex *Platone*. Verùm ego totus in hanc sententiam feror, ut *Theodorum Gadarenum* hic intelligendum putem, qui *Gadaris* natus, docuit *Rhodi*, & se dici maluit *Rhodium, quem studiosè audîsse, cùm in eam insulam secessisset, dicitur Tiberius Cæsar.* Eúmq; sæpiùs inter objurgandum *Theodorus* appellavit. ἰλὺν αἵματι πεφυρμένον. *Lutum sanguine maceratum.* Servili ipse genere natus filium reliquit Senatorem: ad *Hadriani* tempora pervenit; & inter cætera scripsit περὶ ῥητορικῆς δυνάμεως, de *facultate rhetorica*: ubi dixerim & *parenthyrsum* ab eo descriptum, & scholasticas notiones alias de novo introductas; nam & quod vulgò *Thesis*, *Theodorus* hic κεφάλαιον ἐν ὑποθέσει vocavit. *Parenthyrsus* autem committitur quando vel περὶ μικρῶν ὑποθέσεων: vel περὶ ἐντελῶν σωμάτων differimus.

f *Instit. lib.* 3.

g *Strabo lib.* 16.

h *Quintil.* 3.

i *Sueton. in Tiberio.*

k *Suidas.*

l *Theon. cap.* 12.

CAP. III.

Timæus dictus Epitimæus. Messenæ. Bellum Messeniacum. Isocratis Panegyricum. Ἑρμαῖ. *Interpretis lapsus. Dionysius sacrilegus. Socratis palæstra. Xenophontis locus altiùs excussus.* Κόρη. Ἀναγλυπτέα. Ὑπόβολον. Ὑπηέα,

ὑπήνεια, & alia nuptialia. Λίλτοι. Ἄξονες. Κύρβεις. *Monumenta cupressea Platonis.*

Τοῦ ψυχροῦ πλήρης ὁ Τίμαιος, ἀλλοτρίων μὲν ἐλεγ-
κτικώτατος διαπτωμάτων, ἀνεπιδόκτου δὲ τῶν ἰδίων.] *Frigido passim laborat Timæus, ad alienos errores reprehendendos propensissimus, propriorum autem sensu destitutus.* [m] *Timæus* historicus *Siculus*, Tauromenites; plura de eo *Suidas*, qui eandem ei maledicendi licentiam cum hoc nostro objicit: qua de causa, pro *Timæo*, *Epitimæum* ab *Athenienſibus* vocatum narrat, ἀπὸ τῆς ἐπιτιμᾶν, à *reprehendendo*. Hoc ei nomen imposuit [a] *Ister Callimachius* libro contra eum scripto, cui titulus, Αἱ πρὸς Τίμαιον ἀντιγραφαί.

m *Suidas.*

a *Athen. lib. 6.*

p. 15. Οἱ μὲν πεντήκοντα ἔτεσι Μεσσηνίων παρέλαβον.] *Lacedæmonii tricesimo tantùm anno Messenem ceperunt:* [b] *Messene* seu *Messenia*, ex quinque maritimis *Peloponnesi* regionibus una; in qua postea urbs *Messene* extructa: est & altera ejusdem nominis in *Sicilia*, prioris colonia; *Ethnicorum* author hoc interesse refert, quod hæc *Sicula* per simplex σ, Μεσήνη, illa *Peloponnesi* duplici, Μεσσήνη scribatur: [c] *Latinis* hæc *Messene*, illa *Messana* dicitur. Cum *Messeniis*, infensissimi eorum hostes, *Lacedæmonii* nec unum bellum, nec breviculum habuerunt; [d] occasio pro vario partium studio varia refertur. Primum bellum *Messeniacum*

b *Strabo l. 8. Pausan l. 4.*

c *Plinio & Melæ.*

d *Vide Pausan: in Messeniis & Isocratem in Archedamo.*

per

per viginti annos continuos durâsse, unanimi consensu scriptores tradunt; nam per undeviginti annos obsessam, vicesimo tandem captam à *Lacedæmoniis Messenem*, ex *Tyrtæo* deducunt[e] *Strabo* & [f] *Pausanias* quo tempore *Parthenie* à *Spartanis* virginibus editi. *Tyrtæi* versus sic habent:

e *Lib.* 6.
f *Lib.* 4.

Ἐικοστῷ δ' οἱ μὲν πίονα ἔργα λιπόντες
Φεύγον Ἰθωμαίων ὄρη μεγάλων ὄρεων.

Anno bis deno linquentes pinguia rura,
Messeni Ithomes deseruêre juga.

Incepit autem hoc bellum *Olympiadis* nonæ anno 2. *Amphiâ* à *Lacedæmoniis* captâ; desiit anno 1 *Olympiadis* 14: (malè *Amasæus*, *Pausaniæ* interpres, reddit, vicesimæ quartæ:) duravit ergò ultra annos novendecim. Bellum hoc *Messeniacum* primum descripsit *Myron Prienensis* historicus. Secundum incepit anno quarto *Olympiadis* 23. annis post *Ithomes* excidium quadraginta; deficientibus à *Spartanis Messeniis*, suasore primùm, postea duce, inclyto illo heröe *Aristomene*. *Lacedæmoniis* verò ductor erat *Tyrtæus* poëta, oraculi jussu ab *Athenis* petitus; finem habuit bellum hoc, *Irâ* captâ, *Olympiadis* 28 anno primo; duravit ergò non ultrà duodeviginti annos. De hoc bello *Rhianus Benæus*, poëta. Tertii etiam belli *Messeniorum* mentio apud [g] *Diodorum Siculum*; apud [h] *Strabonem* & quarti, ἐν ᾧ κατελύθησαν οἱ Μεσσήνιοι, in

g *Lib.* 15.
h *Lib.* 8.

quo occidione penitùs deleti Messenii. Verùm hæc quamdiu duraverint non habeo dicere; nec ullum ex diligentissimo *Messenicorum* scriptore *Pausania* subsidium; adeò ut quomodo *Longinus* noster qui bellum hoc ad tricesimum usque annum protendit, cum historicorum vulgo, qui intra vicesimum claudunt, in gratiam reducendus sit, planè nesciam. Neque illud prorsus ἀναμφισβητήτως quod proximè subjungit.

Ὁ δὲ παναγυρικὸν ἐν μόνοις λέγει συντάξαι.] *Isocrates autem solo decennio orationem panegyricam composuit*; & sanè citiùs pariunt elephanti. *Dionysius* noster ex ijs est, qui in hac parte minimùm ponunt; sic enim alter ille ex *Halicarnasso* de *Isocrate* loquens, ὁ μὲν γὰρ τὸν παναγυρικὸν λόγον, ὡς οἱ τὸν ἐλάχιστον χρόνον γεγράφοντες ἀπεφήναντο, ἐν ἔτεσι δέκα συντάξαι. Sunt qui anno tandem decimo quinto perfectum ferunt; uti *Plutarchus*, τὸν δὲ παναγυρικὸν ἔτεσι δέκα συνθεῖναι, οἱ δὲ πεντεκαίδεκα λέγουσιν: *panegyricum annis decem (ante obitum*, addit interpres, haud rectè) *aut, si aliis credendum sit, quindecim.* Accedit *Photius*, συνθεῖναι μέντοι παναγυρικὸν, οἱ μὲν ἔτεσι φασὶ δέκα· οἱ δὲ ἐπὶ τέτταρσι καὶ πέντε. *Panegyricum ajunt decem annis alij, alij quinque annis elaborâsse.* Mendosa versio summi viri, quæ nec verbis nec veritati consona; sic corrige, *Alii decem annis, alii quinq; ad hos* (nempe quindecim) *elaborâsse ajunt.*

m *Dionys. Halic.* περὶ συνθέσεως ὀνομ.

n *De decem Rhetor.*

o *Myriobibli cod.* 260.

aiunt. Et hinc oratio ista [p] πειθὼ καὶ λόγος, & πολυθρύλητος audit apud authores; quem tanto conamine fecit tandem: Imò ne fecit quidem, nam totam penè ex [q] *Leontino Gorgia* & *Lysia* traduxit; Imò & ipse *Gorgias* [r] à *Melesagora* suffuratus est; & Νεοπτολέμειον planè non expertus *Isocrates*, cujus panegyricum hoc [s] *Theopompus* historicus defloravit: qui & hoc etiam vitium cum magnis viris commune habuit; quos, *stromatum sexto*, plagii admissi reos peragit Philosophus *Alexandrinus*.

Τοῖς Ἀθηναίοις ἁλῶσι περὶ Σικελίαν.] *Captis Athenienſibus in Sicilia.* *Athenienſium* expeditionem in *Siciliam*, duce *Niciâ* incassum renitente, susceptam, cladémque ingentem à *Syracusanis* illatam, latè prosequuntur [t] *Thucydides*, [u] *Diodorus Siculus*, & [x] *Plutarchus*; quò lectorem remittimus, ut exinde discat [y] *Vesperias Siculas Athenienſibus* etiam accidisse, quorum & vitâ plurimi & reliqui libertate mulctati; unde natum proverbium, [z] Ἦτοι τέθνηκεν, ἢ διδάσκει γράμματα.

Εἰς τὸν Ἑρμῆν ἀσεβήσαντες καὶ περικόψαντες αὐτοῦ τὰ ἀγάλματα.] *Quòd in Mercurium impii fuiſſent, ejuſq; ſtatuas mutilaſſent.* Statuæ autem *Mercurii* recepto vocabulo ἑρμαῖ vocatæ sunt; quas in viis & vestibulis ædium collocabant; [a] ἐπὶ φυλακῇ τῆς ἄλλων κλεπτῶν, *in aliorum furum custodiam*, erat enim *Mercurius* furatrinus Deus: [b] materia illis lignea, vel lapi-

[p] *Halic. in Isocrate.*
[q] *Plut. & Photius ib.*
[r] *Clemens ſtrom. l. 6.*
[s] *Porphyrius de philoſ. hiſtoria.*
[t] *lib. 6. & 7.*
[u] *lib. 13.*
[x] *In Nicia.*
[y] *Veſpres Siciliennes. v. Paſchaſium. Recherch. l. 8. c. 56.*
[z] *Zenob.*
[a] *Ariſtoph. ſchol. in Pluto.*
[b] *Ulpian. in Orat. contra Lept.*

pidea; forma talis; faciem *Mercurij* præfe-
rebant; [c] desinebant non in pedes, sed epistylium quadrangulare: [d] In hoc epigrammata insculpta erant; qualia legere est apud *Plutarchum* in *Cimone*: tale illud — Αντ' ἐυεργεσίης ἀγαμέμνονα δῆσαν Αχαιοί. — formabant autem sine manibus & pedibus, & propterea ἀγύιας vocabant, [f] ἀπὸ τέρψεως, διὰ τὸ μὴ χεῖρας ἔχειν μηδὲ πόδας· γύῖα δὲ τὰ μέλη: unde & [g] *Pausanias* ἑρμᾶς ἀγωνίους vocat. Stabat etiam *Mercurius* ἐντεταμένῳ καὶ ὀρθιάζοντι, extento scilicet mutone; uti habet [i] *Herodotus*, quem præ oculis habuit doctissimus *Eustathius*. Neque hoc tamen de omnibus verum erat, sed iis tantùm *Mercurii* anathematis quæ senem eum referebant: eos enim ἑρμᾶς ἐντεταμένους τοῖς μορίοις exhibet [k] *Plutarchus*: de junioribus expresse negat *Phornutus* (quem codex noster *MS.* *Cornutum* vocat) οἱ δ' ἀρχαῖοι τοὺς μὲν πρεσβυτέρους καὶ γενειῶντας (*Velarius* legisse videtur γυμνώντας) ἑρμᾶς ὀρθὰ ἐποίουν τὰ αἰδοῖα ἔχοντας· τοὺς δὲ νεωτέρους καὶ λείους παρειμένα παρέχοντας. *Antiqui seniores & barbatos Mercurios erectis membris faciebant, juniores & glabros reclivibus.* De reliqua supellectile *Mercuriali*, *caduceo*, petaso, talariis, & marsupio, non dico; satis est cum *Mercurio* ἰφοδίῳ digitum intendisse. Historiam de mutilatis una nocte *Mercurii*, quotquot erant *Athenis*, statuis, latè [l] *Andocides* (qui istius criminis reus in alios amolitur)

c *Pausan.*
d *Demosth. contra Lept. & Ulpian. ibid.*
e *Harpocrat. in ἐξ-ἑμαι.*
f *Ulpian. in Demosth. Midianam.*
g *In Atticis.*
h *Eustath. in Ιλ. i lib. 2.*
k *lib. an seni resp.*
l *In Orat. de Mysteriis.*

m lib. 6.
n In Alcibiade & Nicia.

tur) [m] *Thucydides*, & [n] *Plutarchus*: præter cæteros, *ex Attico Pausaniæ lexico*, refert scholiastes τοὺς τετμημένους καὶ τὰ αἰδοῖα τοῦ ἑρμοῦ ἀφανισθῆναι καὶ τοῦτο δεῖσαντας Ἑρμοκοπίδας καλεῖσθαι *Mercurii statuas collis & veretris circumcisas; ejusq; rei authores Hermocopidas vocatos*. De posteriori concinit *Hesychius*; quem non gravabor ὡς ἐν παρόδῳ insigni mendo liberare: in Ἑρμῆς sic legitur: Τὸν Ἑρμοῦν ἐπὶ πώσεως ἐθεὸν ἔλεγον, καθάπερ ἀγαθὸν δαίμονα καὶ Διὸς σωτῆρα. Corrige mecum ἐπὶ πόσεως εἰδος ἔλεγον. *Mercurium* vocabant ultimum poculum, ut aliud boni Genii, *Jovis salvatoris* aliud; res est nota ex *Pólluce*. *Phavorinus*, ut sæpè aliàs, ipsum hoc *Hesychii* erratum transcripsit.

Οὐκ ἤκουσα δ' ἵνα ἀνδρα ὃς ἀπὸ τῆς πυρρανομίας διὰ πατέρων τῶν Ἑρμοκράτους ἦν Ἑρμωνος.] Mentem authoris non attingit hoc loco eruditus interpres; neque enim *Athenienses* propter *Hermocratem* pœnas dederunt, sed per eum fuit enim *Syracusanarum* partium ductor; neque ille in admissi criminis culpa, sed *Athenienses* ipsi. Ego sic reddendum censeo. *Id præcipuè per unum hominem, qui, quod ad parentes spectat, à parte læsa nomen habuit, Hermocratem scilicèt, Hermonis filium*. Vulgò enim *Timæus* in exigendis pœnis ob truncatos Ἑρμᾶς (*Mercurii* statuas) ingenium nominis conspicuum fuisse, quod eo maximè pro instrumento uteretur, qui & ipse & pater etiam

etiam à *Mercurio* injuriâ affecto diceretur, Ἑρμῶν enim ἀπὸ τ῀ Ἑρμῆ. In simili nominis notatione lusit etiam *Timæus*, quando mali ominis *Athenienſibus* fuiſſe dixit, *quòd* [a] ὁ ἀπὸ τ῀ νίκης ἔχων τὄνομα, (*Nicias* nimirùm) *qui à victoria nomen habuit*, in expeditione ſicilia *imperator electus munus illud detrectaret*. Unde non immeritò jocatur *Longinus* mirùm eſſe quòd non & in *Dionyſium* dixerit, quia in *Jovem* & *Herculem* impius fuiſſet, εἰς τὸν Δία καὶ τ῀ Ἡρακλέα) ideò *Dionē* (ὡς ἀπὸ τ῀ Διὸς) & *Heraclidem* (ὡς ἀπὸ τ῀ Ἡρακλέους) *eum regno ſpoliâſſe*. Qui *Dionyſii* hâc ex parte commiſſa ſcire cupit, [b] *Ciceronem* adeat: reliqua quæ huc faciunt videantur apud [c] *Plutarchum*, [d] & *Diodorum Siculum*.

a *Plut in Nicia.*

b *De naturâ Deorum lib. 3. & Clem protrept.*

c *In Dione.*

d *libb. 15. & 16.*

7. Ὅτι γὰρ οἱ ῥήτορες ἐκεῖνοι, καίτοι γ' ὂν τ῀ Σωκρά- τους ὄντες παλαίσματα.] *Xenophontem* & *Platonem Socratis* diſcipulos, heroas appellat; utpotè de eloquentia optimè meritos; nam, ut taceam reliquas grammaticorum λεπτολογίας, ſunt qui heroas nomen ſuum rhetoricæ debere volunt, rhetoricam illis originem: ἡ ῥητορικὴ ὀνομάζεται ἀπὸ τ῀ ἥρωσι πρῶτον ἐφάνη, ὅθεν καὶ ῥήτορες ἐκλήθησαν, ἀφ' τὸ ἐρεῖν καὶ λέγειν: verba ſunt commentatoris [a] *Hermogenem*, anonymi, anecdoti; qui *Homerum* advocat in teſtimonium, [b] quaſi tria cauſarum genera in heroibus ſuis expreſſerit; in *Menelao* deliberativum, qui [c] ὀπὲρ ἐχθρᾶν ἀγόρευε

a *De Statibus.*

b *Sic & Troilus ſophiſta in prolegom.*

c Ἰλιαδ. γ'.

Παῦρα μὲν ἀλλὰ μάλα λιγέως. *Succinctè concionabatur pauca quidem, ſed valdè acutè.* In *Neſtore* demonſtrativum, [d] Οὗ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή.

d Iliad. α.

E cujus lingua melle dulcior fluebat oratio.

In *Ulyſſe* autem judiciale, cui tribuere ſolet [e] ἅπερ νιφάδεσσιν ἐοικότα χειμερίῃσιν.

e Iliad. γ.

Verba nivibus ſimilia hybernis.

Palaſtram Socratis pro ſchola dixit, ille enim [f] πρῶτος ῥητορικὴν ἐδίδαξε, *primus rhetoricam docuit:* & ſophiſtis omnibus eloquentiæ palmam præripuit. Non auſim tamen hoc aſſerere *palaſtræ* nomen per eminentiam dici de loco ubi docuit, licet *Academia Platonis, Peripatus* in *Lyceo Ariſtotelis, Cynoſarges Antiſthenis, Stoa Zenonis* fuerit: neque enim ſatis compertum habeo *palæſtram Socratis* eſſe nomen peculiare, uti erat [g] *palæſtra Hippocratis*: ſed ut gymnaſium, quod propriè locum athletarū exercitiis deſtinatum deſignat, ad profeſſorum ſcholas transfertur: ſic & palæſtra cognatæ, imò ejuſdē ſignificationis dictio; de cujus originatione diſſerit *Plutarchus* [h] *in ſympoſiacis*.

f Idomeneus in Socraticis apud Laert.

g Plut. in Iſocrate.

h Lib. 2. probl. 4.

Ἀσθμονεστέρους δ' ἂν αὐτὰς ἡγήσαιο καὶ αὐτῶν τῶν ἐν ταῖς ὀφθαλμοῖς παρθένων.] *Zenophontem* planè ἐν βελτίοσι ſtatuit vulgata lectio, quæ θαλάμοις habet, non ὀφθαλμοῖς. Loquitur hiſtoricus de *Lycurgo*, qui adoleſcentes ſic inſtituere curavit, ut etiam fœmineo ſexu ſe modeſtiùs gererent; quos *verecundiores* eſſe dixerit

αὐτῶν τῶν ἐν θαλάμοις παρθένων. Sive autem thalamus pro mulierum conclavi, (θαλάμους enim ἀνδρῶνας opponit [*] *Herodotus*,) sive magis stricte pro claustro sponsarum sumatur, neuter locus à verecundia abhorret: quod de thalamo dixi suis non destituitur authoribus; ut nympheum sponsorum conclave, ([k] νυμφεῶνα ὁ αὐτός φησιν ἐν ᾧ οἱ νυμφίοι) sic *thalamus* sponsarum: [l] θάλαμος κοσμίως εἴρηται οἶκος ἐν ᾧ παρθένοι καὶ αἱ νυμφόδουλαι: unde & virgines desponsatæ θαλαμοδόκοι dicuntur. Thalamum autem de novo constitui solitum docent *Etymologus* & [m] *Homeri* scholiastes: atque inde *Theocritus*, Πρόδε νεογάμβρου θαλάμοι χόρον ἱσταμένοιο. Et [n] Ἡμιτελῆ θαλάμων, dixit [o] *Diodorus*; eóque antiquior *Homerus*, ᾗ δόμος ἡμιτελής: quo respexisse crediderim [p] *Valerium Flaccum*,

Primo domus imperfecta cubili.

Sed frustra sumus, siquidem testis exceptione major *Longinus*, contra hodiernam codicum fidem, *Xenophontem*, ἐν τοῖς ὀθαλμοῖς, scripsisse asserit. Est tamen quo *Atticam Musam* aliquatenus excusemus, si, ut [q] aures memoriæ, frons genio, dextra fidei, genua misericordiæ; sic [r] oculos verecundiæ sacros dicamus: & propterea *Xenophontem juvenes è Sparta ipsis oculorum pupillis verecundiores vocâsse*: per metalepsim scilicet, à pœtis sæpiùs usurpatam: quæ fit quoties vocum duarum inter se diversa significantium, utrâque

[*] *Lib. 1.*

[k] *Eustath. Il. ξ.*

[l] *Pindari schol.*

[m] Ιλ. β.

[n] *Idyll. 18.*

[o] *Anthol. l. 3 c. 23.*

[p] *Argon. l. 6.*

[q] *Servius in 3. Æneid*

[r] *Et hinc proverbium* ἐν ὀφθαλμοῖς; εἰ) *addit Aristot. rhet. l. 2 c. 6.*

tamen alicui tertiæ æquivocæ, ſecundùm diverſas ſignificationes æquipollente, altera pro altera ponitur. Exempla alia ſuppeditabunt technici; mihi ſatis eſt vox Κόρη, quæ æquivocè & virginem deſignat, (quæ propriè παρθένος) & oculi pupillam, quæ γλαυκὸν dicitur; unde fit ut μεταληπτικῶς nonnunquam γλαυκὸν ſumatur pro virgine, ut [r] Ἔρρε καχὴ γλαυκῶν, *faceſſe timida puella*, & vice verſâ παρθένος pro pupilla, ut in hoc *Xenophontis*.

r *Homer.* Ιλ. θ.

Ἀμφικράτει χ᾽ ὁ Ξενοφῶντι.] De *Amphicrate* ſuprà nonnulla: addo [s] ex *Plutarcho*, fuiſſe etiam iſtius nominis oratorem *Atticum*; qui cum *Seleuciæ* exularet, ſcholam ea in urbe aperire recuſavit, quòd diceret, ὡς οὐδὲ λεκάνη δελφῖνα χωρεῖ. *Pelvis delphinem non capit.*

s *In Lucullo.*

Ἐκ τῶν ἀνακαλυπτηρίων ἐρῶ τάχιστα.] *Anacalypteria* quid ſint ut diſtinctiùs innoteſcat, date veniam (Lectores) rem ipſam paulò altiùs repetendi. Novam nuptam ad ſponſum velatam deducere mos erat ubique gentium ſolennis: apud [t] *Hebræos*, *Græcos*, *Romanos*; *Græci* velum illud ἑανὸν & καλύπτραν vocabant; Romani flammeum, [x] *Tertullianus* jugum. [y] *Flammeo autem amicitur nubens boni ominis cauſâ, quòd eo aſſiduè utebatur Flaminica, cui non licebat facere divortium.* Coloris ſanguinei, propter *ruborem cuſtodiendum*, tradit *Juvenalis* [z] ſcholiaſtes; verùm ἐξ ἑτοίμου λαμβάνει. Fuit enim lutei; unde [a] poëta, *Ut*

t *Gen.* 24. 66.

u *Poll. l.* 3. c. 3.

x *De veland. virg.*

y *Feſtus.*

z *Ad ſat.* 6.

a *Virgil. in Cyri.*

tibi

tibi Corycio *glomerarem flammea luto*: Et
[b] *Lucanus, Lutea demissos velârunt flammea vultus.* Accedit [c] *Plinius, lutei video honorem antiquissimum, in nuptialibus flammeis totum fœminis concessum*: qui color & in soccis nuptialibus obtinuit:

[d] *Luteo plantas cohibente socco.*

Velum hoc peractis nuptiis amovere pronubæ munus; *Hymenæus* enim in nuptiis [e] *Mercurii*, & *Philologiæ* sic præcipit:

Flammea virgineum quæ obnubere sueta (pudorem
Regina deme pronuba.

Dies autem quo hoc peractum ἀναϰαλυπτήρια vocatus est, ἡμέρα ἐν ᾗ ἐπϰαλύπτει τὴν νύμφην: [f] Neque id solùm, ἀλλὰ ϰὴ τὰ ἐπ' αὐτῇ δῶρα, *sed & munera etiam, quæ eo die sponsæ data, ἀναϰαλυπτήρια vocata sunt.* Data autem à sponso, & ab amicis domesticísque, ὅταν τὸ πρῶτον ἀναϰαλύπτονται ἀνδράσιν ὀφθῆναι, *cùm primùm viris se spectandas præberent nuptæ* deposito velo. Hinc *Hermocrates sophista*, cùm *Severi* Imperatoris jussu uxorem duceret non adeo formosam, & è familiaribus quidam interrogaret, *Quando præbiturus esset* ἀναϰαλυπτήρια; urbanè respondit, ἐγϰαλυπτήρια μὲν ἔν, τοιαύτην λαμβάνων, *imò potiùs* ἐγϰαλυπτήρια, *qui talem duxerim.* Majores orationem, *Lysiæ* vulgò adscriptam, viderunt, [b] Περὶ ἀναϰαλυπτηρίων: in qua τὸ ζητούμενον hoc fuit, *An uxori per vim ductæ licet* ἀναϰαλυπτήρια retinere; uti nobiscum ob-

b *Lib.* 2. c *Hist. l.* 21. *c.* 8.

d *Seneca in Hippol.*

e *Martian. Capella l.* 9

f *Pollux. l.* 3. *c.* 3. *Harpocr. Suid.*

b *Theon. progymn.*

servavit *Philippus Manssacus*: qui & hoc etiã annotat, *Alexandrinos* θεώρετρα vocare quæ reliqui *Graci* ἀνακαλυπτήρια. Eo adductus (uti ego credo) quod *Harpocration* dixerit, τὰ παρ' ἡμῖν δεώρετρα, ut qui *Alexandrinus* fuerit. *Eustathius* tamen contrarium videtur innuere; & *Moschopulus* γυμνῇ τῇ κεφαλῇ, dum ἀνακαλυπτήρια interpretatur, τὰ κοινῶς δεώρητρα, quæ communiter δεώρητρα. Est autem δεώρητρον ex quaque dotis libra sex aurei, plura suppeditabit *Jo. Meursius* ἀνὴρ πολλῶν αὐτάξιος ἄλλων. Qui ex glossis etiam observat eadem & ἀθρήματα vocari δῶρα πεμπόμενα ὑπὸ τῶν συγγενῶν τοῖς γαμουμένοις παρθένοις. *Dona quæ à cognatis recens nuptis mittuntur.* Ἐπαύλια etiam vocata sunt quæ die secundo à nuptiali, sponso pariter & sponsæ à patre hujus cum pompæ specie oblata; qualia sunt, *patinæ*, *smegmata*, *pectines*, *sandalia*, &c. quæ ex *Pausania* descripsit *Suidas*, Dies autem ipse quo hæc peraguntur: ἐπαυλία dicitur *Etymologo*, *Eustathio*, & *Hesychio*; cui per omnia æquivalet ἀπαυλία; uti & *Polluci* ἀπαύλια sunt etiam munera sponsæ data; quæ & παρθενεύματα: & παρθένια dona ob virginitatem amissam: ex *Agia* Comico. Nempe *illud*.

Quod prima pro nocte datur.

Quod grassante barbarie apud *Latinos*, sed parum *Latinè*, *Morganatica* audiit; morghengabe, quòd *mane daretur*. Aliàs *morgengabe*

c *Ad Harpa.*

d *Suidas.*

e Ιλ. λ. ex *Pausaniæ lexico.*

f *Harmen. in proch. l. 4. tit. 10.*

g *In gloss.*

g *Iuvenal. sat. 6.*

gabis, donum *morganiticum*, & *vitalitia*: quæ portenta verborum si cui vacat intelligere, consulat [i] *Ludovicum de la Cerda*.

Περιτέλεια etiam in eorum numero est quod & diem designat, ([k] qua scilicet parentes novam nuptam in arcem ad *Minervam* deducebant,) & [l] dona; *Eustathius* enim περιτέλεια & διαφυτζα confundi putat. Apud [m] *Halicarnassenses* vox ista, nescio quid in futuri conjugii sponsione viro (ut videtur) à sponsa collatum denotat; ubi *Tarquinius* major cum minore *Tullia* contrahit, historicus sic habet, αὐτίκα δὲ αὐτῇ πίστις, λαβὼν τὰ περιτέλεια (mendosè legitur, περιτόλεια) τῶν ἀνδρείων γάμων, καὶ διαπραξάμενος ἀπῆρχετο. Dona etiam quæ sponsæ ad flammei depositionem dantur Ὀπτήια vocantur ab *Hesychio*, & *Polluce*. [n] Ὑπόβολον donum ante nuptias; est & alia non dissimilis istius vocabuli notio apud [o] *Hermenopulum* in *hexabiblo*: *Suidas* exponit δακτυλίδιον, *annulum*: nescio an nuptialem velit; quem nascentis *Christianitatis* ævo in usu fuisse satis constat. Sunt qui originem altiùs repetunt; & annulum pronubum ex gemma onychina, vel amethysto, quo *Jesephus* B. *Mariam* desponsavit, in *Perusia Umbriæ* civitate servari tradunt: de quo peculiari libro egit. *Jo. Baptista, Laurus, Perusinus, Urbano octavo* pontifici à cubiculo. Περίζ item, quæ apud *Homerum* dotem, apud posteros pro nuptiali

i *Adver. sacr. cap.* 131.
k *Suid.*
l Ιλ. λ.
m *Antiq. lib.* 4.
n *Bud in Pand.*
o *Prochiri. l.* 4. *tit.* 10.

dono ſumitur. Μείλια vel ἐπιμείλια, dona quæ parentes nubentibus conferunt: ἕδνα vel ἔδνα, mutua nubentium munera: φέρνη, quod maritus ſponſæ: ἐπιφέρνια, quæ illa viro tribuit. Sic enim diſtingui volunt literaturæ Græcæ Triumviri. [p] Ἐπίπροικα, ſecundum poſt dotem donum exponit *Heſychius*.

p. 19. Ἐν ὀφθαλμοῖς κόρας, μὴ πόρνας ἔχων.] Tribuit hoc *Plutarchus* rhetori neſcio cui, ἄδην ὁ μὲν ῥήτωρ τὸ ἀναίσχυντον ἐκ ἔφη κόρας ἐν τοῖς ὄμμασιν ἔχειν, ἀλλὰ πόρνας. *Impudentem dixit non pupillas in oculis habere ſed meretrices.* Quod, præter interpretem, ad oras manuſcripti *Iuniani* annotavit *Stephanus* ὁ μαχαείτης.

Τὰς σέλτες.] Tabulas quaſvis ad ſcribendum paratas σέλτες vocant, quòd olim & ipſæ tabulæ figuræ triangularis, & libri ſic compacti ad imaginem literæ Δ. [t] ἀπὸ τῶν σελτωτῶν βιβλίων, ἤγουν ἐκ τῶν τριγώνων πλινθείων γραφῶν. Habuerunt *Athenienſes* tabulas ſuas æneas, [r] σέλτες χαλκᾶς, *quibus olim inſculpti, & ritus patrii, & leges ſacrorum.* Nec non & Κύρβεις ſuas ejuſdem figuræ tabulas; [s] *primò lapideas, poſtea ex ligno dealbato confectas*: quas & [t] σήλας etiam vocabant, & ἄξονας, in quibus *Solon* leges ſuas perſcripſit. *Heſychius* & alii *Axones* & *Cyrbes* confundunt: qui autem accuratiùs loquuntur, [u] has triangulares, illos tetragonos fuiſſe volunt: deinde [x] in his ἀγραφα, *cenſum civium*, in illis leges exaratas: addit inter

p *Euſtath. in Odyſſ. α. Heſych. & Pollux.*
q *Euſtath. Il. γ.*
r *Pollux. l. 8. c. 10.*
ſ *Apollonii Schol. l. 4.*
t *Ariſtoph. ſchol. ad Nubes, & Aves. At Comment. anon. in Ariſt. rhet. l. 2. c. 23. refert, Athenis (σηλω) columnam erectam, ἐν ᾗ ἔδεντο κύρβι (lego κύρβιν) in qua tabulæ ſuſpendebant proditorum nominibus inſcriptam.*
u *Plutar. in vita.*
x *Apollon. ſchol. l. 4.*
y *Etymol:*

inter cætera, μακροσυββατικὰς ille *Suidas*, *Cyrenes* leges de rebus sacris, *Axones* de privatis continere. Qui alibi etiam leges in eis βουστροφηδὸν scriptas fuisse refert (quod fit cùm superiori versu à sinistra ad dextram exarato, inferior à dextra regreditur ad sinistram) unde fit ut ὁ κάτωθεν νόμος apud *Demosthenem* de lege, quam inferior *Axonis* versus præferebat, exponatur. Totum illud *Suida* ex *Harpocratione* tralaticium est. Quæ continuâ serie apud *Suidam* leguntur, ὅτι δραπετάνει, & ὅτι ἑξακισχίλια sunt ad illud de quo agit planè ἀπεσπασμένα: in suum quodq; ordinem redigendum est, prout in *Harpocratione* conspiciuntur: inde & παράδειγμα *Æmilii Porti* prodet sese, qui dum illud Οὐδεὶς γὰρ τῶν πεῖραν ab antecedentibus divellit; & πρὸς τὰ ἑπόμενα refert, mentem authoris planè pervertit. In eundem sanè lapidem impingit vir impensè doctus *Phil. Massacus*, qui *Harpocrationem* suum sic interpungit. Ὅτι ἑξακισχίλια ἦν τάλαντα τὸ πᾶν μέγεθος τῆς Ἀττικῆς, Δημοσθένης φησὶν ἔτος. Ego post Ἀττικῆς, periodum pono; & Δημοσθένης φησὶν ad sequentia retraho: in quibus nec correctionem [b] *Meursii* admitto, qui pro ὀκτακισχίλια reponit ἑξακισχίλια: fatendum quidem est in loco *Demosthenis*, quem adducit *Harpocration*, ἑξακισχίλια nunc legi, idque emendatiùs; sed codex *Harpocrationis* ὀκτακισχίλια habuit; vidit hoc Criticus, & virgulâ notavit: in hanc sententiam.

z In ὁ κάτωθεν νόμος.

a Vide Pausan. in Eliacis.

b Lection. Att. l. 1. c. 1.

sententiam, *Census* Atticæ 6000 *talenta. De*
mosthenes, in oratione de classibus ita dicit
Agri nostri censum audiet esse 8000 talent
Quod vel erratum est scriptura, vel forte ora
tor hoc astutè dixit, ut respub. majores facul
tates habere videretur ad bellum cum rege ge
rendum. Census enim Atticus revera se
millia talentum: Philochorus in decimo histo
ria Attica: & Orator ipse divisis posteà re
tionibus, varium eorum calculum instituen
ostendit. Locum intelligit ubi *Demosthenes* 6
talenta, partem 100ta censûs, 120 parten
50ta vocat: inde enim conficitur integrum es
sex millia.

Θεῖος Πλάτων.] *Divinus Plato.* Non temer
ἐξ' οἷς ἔτυχεν epitheton hoc *Platoni* tribui
[a] Epitaphia passim ingerunt: neque vel [b] ad-
versarius hoc ei invidit elogium: Ταῦτα λέγ
Πλάτων, ὁ τὸ ἐπιγράμμα[ς] μετέχων, ᾧ δι' ὃν τὸ Αεί
ξωνος γένος θεῖον ἀπέλαβεν. *Hæc Plato, in quem*
epigramma conscriptum est, & per quem di-
vinum planè redditum Aristonis genus.
Scholiastes ἀνέκδοτος in eum locum, epigram-
ma illud in *Aristonem* patrem scriptum re-
fert in hæc verba, Ὦ παῖδες Ἀρίστωνος κλειτοῦ,
θεῖον γένος. *O nati Aristonis inclyti, divinum*
genus! quod, θεῖον, *alii Platonis solius causs*
positum volunt, ut indicaret, ὅτι θεῖος ἦν: *ali*
quia pater ejus fortiter fecerat. Imo tam præ-
sentis divinitatis indicia in *Platone*, ut *Ari-*
stotele

[a] *Apud Laert. invita.*
[b] *Aristid. orat. Platonica* 1.

toteles discipulus aram ei ponere non veritus
t, hoc consignatum carmine.

[b] Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἱδρύσατο τὸν Πλάτωνι·
Ἄνδρὰ ὃν οὐ θέμις ἐστὶν ἀνειπεῖν τοῖσι κακοῖσι βροτοῖς.

b *Append. ad Anthol.*

ram hunc Aristoteles Platoni posuit, viro quē
ec laudare malis fas est. Et *Longini* præcep-
or [c] *Plotinus* à *Galieno* Imperatore tantùm
on impetravit ut *Platonopolin* conderet; ur-
em in qua Philosophi ad leges *Platonis*
iuerent.

c *Porphyr. in vita.*

Cupressea monumenta appellat *Plato* in-
trumenta illa quibus pacta, emptiones, & lo-
ationes consignantur, quæ magistratûs exa-
mini subjecta in templis reponi præcipit. *Cu-*
ressea autem, quòd ex cupresso pugillares o-
im, seu codicilli, ad scribendum facti, uti & ex
ebore, citro, buxo.

Ἀλγηδόνας ὀφθαλμῶν.] Habet & hoc *Herodoti* excusationem aliam, nempè quòd *Alexander* postea mulieres Persicas dolores oculo-
rum appellavit: [d] ὡς εἰσὶν ἀλγηδόνες ὀμμάτων αἱ Περσίδες.

d *Plutar. in Alex.*

Ἀλλ' οὐδ' ἐπ τούτων, &c.] *Sed neque ex istiusmo-*
di hominum exemplo, ob degeneris animi viti-
um, in omne ævum fas est ineptire. Sic enim
legit *Stephanus*, ἀμαυρεῖν πρὸς τὸν αἰῶνα ἅπαντα.
Ταῦτα μέντοι, &c.

CAP. IV.

Cap. IV.

Partes Grammaticæ. Critici munus. Τὰ ἔξω δυ. Οἱ ἔξω. Ἡ ἔξω θάλασσα. *Lapsus interpretis.* Ἐπίβολον, & ἐπιβολον. *Alaidæ. Pompici rhetorum,* & ἐπιδείξεις. Φοιβάζει.

P. 21. Κορυβαντιῶσιν.] Quæ sit vis vocis hujus dicemus postea ad authoris *Sect.* 34. *p.* 137.

P. 21. Ἡ τῆς λόγων κρίσις πολλῆς δεῖται πείρας τελευταῖον ἐπιγέννημα.] *Scriptorum Crisis est longæ experientiæ accessio ultima.* Ecce elogium quod celeberrimus *Criticus* arti suæ tribuit; quam suprà dixi supremam Grammaticæ partem constitui, [a] ὃ δὲ κάλλιστον ἔστι πάντων τῆς ἐν τέχνῃ. De qua multa & erudita [b] *Manssacus*: unicum hoc superaddo, utcunque *Dionysius* ipse sex Grammaticæ partes faciat, ejus tamen [c] Commentator quatuor tantùm ab antiquis agnitas refert. διορθωτικὸν, quæ in emendatione authorum: ἀναγνωστικὸν, in lectione; ἐξηγητικὸν, in enarratione; & demum κριτικὸν, quæ in judicio consistit. *Criticus autẽ discipulis tradere solebat, quæ poetarũ effata rectè, vel perperam, quæ oppositè, vel secus, opportunè vel intempestivè ponerentur: nec non qui versus obelo, qui asteriſco notandi docere.* ὁ κριτικὸς δὲ τῆς παντῶν καλῶς ἢ κακῶς, ἐν δέοντι ἢ μὴ ἐν δέοντι, εὐκαίρως ἢ ἀκαίρως πιθεῖσαν ἔννοιαν παραδίδωσι τῷ νέῳ. Paulò latiùs quàm apud [d] *Diomedem Varro.*

a *Dionys. Thrax.*
b *In differ. Critica.*
c *Gr. MS.*
d *Gram. l.* 2.

P. 21. Πολὺ τὸ ἔξωθεν σεσραγωδημένον.] Τὰ ἔξωθεν dicuntur passim bona externa, seu fortunæ: ti sunt, quæ hic recensentur, divitiæ & ho- nores. Οἱ ἔξω autem, & οἱ ἔξωθεν, in e sacra pa- gina vocantur quotquot à Christianis sacris lieni: unde consuetudo invaluit, ut Scripto- es Ethnici apud Patres ubique audiant, οἱ ἔξω- ν, & οἱ ἔσω θεν: ut profanæ literæ, ἡ ἔξω παι- δευσις, & ἑλληνική; f sacræ, βαρβαρική: imò & a- pud Græcos dividitur mare, εἰς τὸν ἔξω, vel ντὸς θαλάσσης, ἢ τὸν ἔσω, vel ἐντός: illo Atlanti- cum mare, hoc nomine Mediterraneum vo- cant: undè inter antiquiores Homeri enarra- tores, Cratetem & Aristarchum, controver- sum est, g an Ulysses erraverit ἐν τῇ ἔξω θαλάσσῃ, an ἐν τῇ ἔσω: h Hoc autem nomine appellabant maria illa quibus Romanum Imperium ohm terminatum. Græci autem ipsi maris sui fines statuebant inter Cyaneas insulas, & Chelido- nias, uti ex i Plutarcho notavit k Seldenus noster ὁ θαυμάσιος.

e 1 Cor. 5. 12. 1 Tim. 3. 7. et aliàs.

* Tatian. contra Græcos.

f Apollonii schol. Strabo. l. 2. & 3.

g Gell. l. 14. c. 6.

h Idem lib. 10. cap. 7.

i In Cimone.

k In mari clauso.

P. 23. Ἂν τὸ ξυνεχὲς ἐποκοπῇς.] Si contextum orationis observes. Neque enim facilè quis- piam probaverit ἐποκοπὴ, nomen pro ver- bo, uti legit interpres; & consequenter men- dosè transtulit, Meditationis continuatio.

P. 25. Τὸ ὠφελὶ τὰς τοήσεις ἐπιβολον.] Ἐυεπιβόλως equidem interpres noster, vocem autho- ris, quam haud temerè alibi invenias, expres- sisse videtur. Ἐπίβολον hoc in sensu apud Ho-

l Odyss. 6.

merum

merum legitur; nec tamen poëticum (cui μεγαλε
Stephano) dixerim, sed Atticum potiùs, ut it) q
Porphyrio visum. Qui adductis aliunde exem- ne;
plis probat: qualia sunt Archippi: χρημάτων ἐπίβολος, pecunias adeptus. Hyperidis, ὑπὲρ τῶν mutu
πολέμου μήτε πολιτείας ἐπιβόλους γενέσθαι. Nec non ber,
& Sophoclis ex Alcmeone: quod simul usum is exe
vocis ostendit, simul scrupulum tollit, quem tæ: &
Stobæi margines summo viro injecerant, sitne annis
fabula ista Sophoclis an Euripidis. Πομπικώτερος incref
quidem, nec tamen invenustè composita, apud Diana
hunc nostrum ἀνδρεπίβολον, apud Suidam μεγα- ndè
λεπίβολος, (qui res magnas capessit) sic enim Καὶ
m Lib. 5. apud Diodorum Siculum vocatur m Darda- Et fan
n Lib. 15. nus: Et eodem elogio n posteà Epaminon- veniſſ
dam dignatur: uti & Isacius Imperator apud In qu
o Alexiad. l. 5. sequioris sexûs gloriam, o Annam Comnenam Poëtæ
φιλολογώτατος καὶ μεγαλεπιβολώτατος audit. Adeò philom
opus non erat ut Stephanus hìc integræ vocis Τὰ
venustatem divellendo destrueret, qui legen- ostent
dum suadet, ἀνδρὸν καὶ ἐπίβολον. lis, v
Ως καὶ ἐν τοῖς περὶ Ξενοφῶντος.] Uti in iis quæ de tores
Xenophonte dedimus exposuimus. Ecce hìc ρων, n
vicesimum Longini scriptum, nempe in Xe- δεῖξ
nophontem, fortè commentarii instar, labores: strat
qui nobis penitùs excidêrunt, dum festinanti naic
calamo superiorem operum catalogum exa- quæ
p Gel. l. 15. c. 21. ravimus. app
Phornut. in Nept. P. 37. Ἀλωάδας.] Otus & Ephialtes, Iphime- Φ
dee & Neptuni filii. (hunc enim trucibus dic

μιγαλεπαβόλοις patrem designare poëtis placuit) qui[q] primi Musis sacra fecerunt in *Helicone*; quæ ab iis tres tantum habitæ Μελέτη, Μνήμη, & Ἀοιδή. Fabulam quam hic texit poëta mutuati sunt ejus imitatores[r] *Quintus Calaber*, & *Virgilius*: attigit[s] *Pindarus*. Latius exequuntur enarratores eorum & scholiastæ: & instar omnium *Apollodorus*: ut quotannis latitudine cubitum, longitudine ulnam increscebant; ut, cum jam novennes essent, Dianæ fraude in eadem mutuam exarserunt: indè *Homerus* aptissimè,

Καὶ νύ κεν ἐξετέλεσσαν ὑπὲρ μόρον· ἦλθον δὲ.
Et sanè perfecissent, si ad pubertatis annos pervenissent.

In qua fabula cudenda[t] *Justinus* Philosophus Poëtam ea respexisse putat quæ de turris *Babilonicæ* structura retulit *Moses*.

Τὰ ἐγκώμια, καὶ τὰ πομπικὰ, καὶ ἐπιδεικτικά.] Quæ ostentandi ingenii causâ vel privatim in scholis, vel publicè in conventibus & festis rhetores declamitabant, ea nunc[u] πομπικὰ τῆς ῥητορικῆς, nunc ἐπιδείξεις, & [x] ἀκροάσεις ἐπιδεικτικὰς, nunc ἐπιδείξεις vocantur. Quia, ut plurimùm, demonstrativi generis erant, (quales sunt panathenaicæ veterum oratorum) indè factum, ut, quæ[z] reliqui ἐγκωμιαστικὰ, *Aristoteles* ἐπιδεικτικὰ appellaret.

Φοιβάζουσι τοὺς λόγους.] φοιβάζειν propriè *Pythia* dicebatur, cùm *Plena Deo*: cùm scilicet,

Totum

q *Pausan. Bœot.*
r *Paralip. l. 1.*
s *Pythion. ei δ δ'.*
t *In parænes. ad Græcos.*
u *Eunap in Proœresio.*
x *Gell l. 2. c. 22.*
y *Athenæ. l. 14.*
z *Theon. prog c. 1.*

a Claudian. *Totum spirant præcordia Phœbum.*

b Lycophr. Sic de *Cassandra* ὀχοτευθὴς [b] ille vates:

Δαφνοφάγων φοίβαζεν ὀπὶ λαιμῶν ὄπα.

Laurivoro ex gutture vocem edens vatici nata est.

CAP. V.

Homerici poematis partitio, antiqua, hodierna. Eustathii error. Translationis hiatus sublatus. Hesiodi opera genuina quæ: an Μεγάλαι ἠοῖαι: an Ἀσπὶς. Homerus an in deos impius. Longinus an Christianus. Zoilus. Jejunium quoto die lethale. Διὸς Κόσμος.

P. 22. ΕΝ νεκύᾳ.] *In tractatu de manibus*: vel νεκυομαντείᾳ: sic autem vocatur communiter à veteribus, non solùm pars quædam *Odysseæ* λ. sed & rhapsodia etiam istius poëmatis suprema ἀπογραὶ vel νεκύα. Olìm enim tum *Hesiodi*, tum *Homeri* poëmata in partes discerpta, in unum corpus prout nunc sunt postea digesta: *Homerus* quidem vel *Pisistrati* [b] industriâ vel [c] jussu. Ità tamen ut partes nonnullæ antiquis nominibus etiamnum gaudeant. Sic pars *Iliados* β vocatur *Bœotia* vel *Catalogus*. λιταὶ, preces. κ, νυκτεγερσία, & Δολώνεια. Π, Παράκλεια. Σ, Ἀσπὶς, &c. Secundùm numerum autem & ordinem Alphabeti *Græci* ab *Aristar-*

a *Plut. in Theseo. Strab. l. 5. Ælian. Var. hist. l. 13. c. 4.*

b *Ælian. ib. Cicero de orat. l. 3.*

c *Eustath. in Ιλ. α'.*

cho grammatico primùm divisos *Homeri* libros refert [d] *Plutarchus*. Locus est eximius apud *Stephanum*, è *Dionysii Thracis* enarratoribus unum, sed paulò prolixior, quem tamen huc transferre non gravatus sum. Ἀναγκαῖον ἦ τ' ἐπιμολογίαν τ' ῥαψῳδίας μικρὸν εἰπεῖν καὶ ἐνταῦθα· ὅτι, τινὲς χρόνῳ τὰ Ὁμήρου ποιήματα παρεφθάρησαν, ἢ ὑπὸ ἀνεγνωσμένως, ἢ ὑπὸ σεσημειωμένως· καὶ ἀλλήλοις τὴν βίβλον διαφερόντων καὶ φθαρέντων, ὕστερον εὑρέθη ὁ μὴ ἔχων ἑκατὸν σίχους τυχὸν Ὀμηρικούς, ὁ δὲ χιλίους, ἄλλος διακοσίους, ἄλλος ὅσους ἂν ἔτυχε. Καὶ ἐμέλλε λήθη παραδώσειν ἡμᾶς τοιαύτη πάθος. Ἀλλὰ Πεισίστρατος ὁ τῶν Ἀθηναίων τύραννος θέλων ἑαυτῷ δόξαν περιποιήσασθαι, καὶ τὰ τοῦ Ὁμήρου ἀνανεώσασθαι, τοιοῦτόν ἐβουλεύσατο· Ἐκήρυξεν ἐν πάσῃ τῇ Ἑλλάδι ἔχοντα Ὀμηρικοὺς σίχους ἀγαγεῖν πρὸς αὐτὸν ἐπὶ μισθῷ ὡρισμένῳ καθ' ἕκαστον σίχον. Πάντες δὲ οἱ ἔχοντες ἐπέφερον καὶ ἐλάμβανον ἀδιαφόρως τὸ ὀφειλόμενον μισθόν· ἐκ ἀπιδόντος δέ τινος τὸ φέροντος ὡς ἤδη πεπληρωκὼς σίχους παρ' ἑτέρου, ἀλλὰ καθ' ἑαυτὸν ἀποδιδόντος μισθόν· ὑποτεθὲν ἐν αὐτῷ ἕνα ἢ δύο σίχους ἀφεῖναι πρὸς ἑνίους τῶν πλείους. Ὅθεν τε καὶ ἕως ὅτε καὶ ἰδίους παρεισφέρειν τοῦ μισθοῦ ὀφειλομένου· καὶ οὕτω γραμματικοὺς ἐπιδεῖναι τὰ τοῦ Ὁμήρου ἕκαστον καθαρὰ, ὅπως ἂν δόξῃ καλῶς ἔχειν, ὑπὸ μισθῷ ῥάπτοντι λογικοῖς ἀνδράσι, καὶ χρηταῖς ποιημάτων, ἐκ τοῦ δεδωκὼς πάντας τοὺς σίχους κατὰ δίαν ὅσους ἦν ζωπυρῶν. Καὶ μὴ τὸ ἕκαστον ζωδεῖναι καὶ πλὴν ἑαυτῆς φωνῆς, εἰς ἓν ζωπύρημα πάντας τοὺς συλλεχθέντας γραμματικοὺς, ὀφείλοντας ἐπιδεῖξαι αὐτῷ ἕκαστον τῶν δίαν ζωδέσιν παρόντων ὁμοῦ πάντων. Οὗτοι ἂν ἀκριβεσάτους

[d] *Libro de Homero.*

[e] *In locum* ὠειράλφω-ς *Nas. MS.*

[f] *Ut est ista* Ιλ. β. σῆσι δ' ἀγὼν ἵν' Ἀχαιῶν ἴσατο φάλαγγες, *quo ex Homero probaret Salaminem insulam Attici juris olim fuisse.*

[g] *Vereor ne hoc confictum sit ex iis quæ de 72. interpretibus Bibliorum referuntur apud Clem. Strom. l. 1. Iustinum Mart. in paræn: ad Gr. & Aristeã de 72. interpr.*

σάμψοι ἢ σφῶς ἔριν, ἀλλὰ σφῶς τὸ ἀληθὲς, καὶ ταῦτο τὴ τέχνη ἁρμόζον, ἔκριναν πάντες κοινῇ καὶ ὁμοφόνως ἐπικρατῆσαι τὴ σύνθεσιν τ καὶ διόρθωσιν Ἀριστάρχε καὶ Ζηνοδότε. Καὶ πάλιν ἔκριναν τὴν δύ Ζηνοδότειον τε καὶ διορθώσεων βελτίονα τῷ Ἀριστάρχε. Ἐπεὶ δέ τινες τὴν Ζηνοδότου τοῦ Ὁμηρικὰς ἴσχυς σφῶς τ Πεισίστρατον, διὰ τὸ πλείονα μισθὸν λαβεῖν, καὶ ἰδίας ἴσχυς (ὡς εἴρηται) σκεψαμένους σφετέθηκαν, καὶ ἤδη ἐν Ζηνοδότε ἐγένοντο τοῖς ἀναγινώσκουσι. ἐκ ἔλαθεν τοῦτο τοὺς κριτὰς, ἀλλὰ διὰ μὴ τὴν συνήθειαν καὶ σφέλειψιν ἀφῆκαν αὐτὰ κεῖσθαι. ὀβελίσκους ἢ ἐκάστῳ τὴν ἀδοκίμων καὶ ἀλλοτείων καὶ ἀναξίων τῶ ποιητῶν ἴσχων σφετιθέμενοι, τοῦτο αὐτὰ ἐπεδείξαντο, ὡς ἀνάξιοι εἰσὶ τῶ Ὁμήρε. Φέρεται ἢ ἐπίγραμμα εἰς τ Πεισίστρατον συναγαγόντα συναγαγεῖν τὰ Ὁμήρε, τοιοῦτον. Τεῖς με πυραννήσαντα, &c. prout habetur in *Anthologio*. Non ero longiori versione ulteriùs molestus: summa huc redit, *Homeri libros vel deperditos vel dispersos, Pisistrati operâ & sumptibus collectos, ab eo commissas septuaginta duobus conductis grammaticis corrigendos & in unum cogendos: qui singuli sigillatim id agentes, absoluto negotio communi calculo palmas retulit Aristarchi compositio & correctio, secundas Zenodoti.* Sed grammatici hic aeumen desideramus, non enim fieri potest, ut *Aristarchus*, vel *Zenodotus Pisistrato* hac in re operam navarent; quo, quatuor ad minimum seculis, posteriores erant; Ille siquidem eodem tempore *Athenis* summam rerum obtinuit, quo *Servius Tullius*

Tullius Romæ; hi verò circa Olympiadem LVI. [h] *Aristarchus* autem (cujus συγγενὴς & *Zenodotus*) floruit Olympiade CLVI. Hujus erroris vel ducem habet, vel comitem *Eustathium*, qui nobile hoc grammaticorum par coryphæos statuit inter illos qui *Pisistrati* jussu *Homeri* διόρθωσιν procurabant.

P. 31. Ἐγὼ μὲν πρεσβεύω, &c.] Locum hunc *Plutarchi* ad oras exhibet codex *Junianus*; ad *Homeri* alterum digitum intenderat *Crispinus*; utrumque satis fœliciter in *Græcis* conjunxit, interpres sed Latina claudicant; quæ sic supplenda — *si essem Permenio, magnanimitatem suam satis ostendit: Sicut & spatium illud cœlum inter terrâmq; interjectũ, in eo versu, (Ingreditur q; solo & caput inter nubila condit.) Generosam Homeri indolem ostendit: nec quisquam verius dixerit hanc Contentionis mensuram esse quàm ipsius Homeri.*

Εἰ γε Ἡσιόδου καὶ τὴν Ἀσπίδα θετέον.] An poematium illud, quod *Scutum Herculis* vulgò audit, *Hesiodi* opus γνήσιον sit, an suppositititium, quæstio est, & nunc & olim agitata. *Aristophanes* grammaticus, tum [a] Ἀσπίδα, tum [b] ἐπυλλίους *Hesiodi* esse negavit. *G. Canterus* partem putat majoris operis, quod Μεγάλας ἠοίας appellabant. commento planè tam ingenioso ut pene pudeat non credere; nempe quòd ab ἠὼς ordiatur, sicut & quæ ex illo opere proferuntur haud pauca: quo criterio usus & [d] *Casaubonus*

[h] *Euseb. Chron. & Suid.*

[a] *Volater. in Anthrop.*
[b] *Quintil. inst. l. 1. c. 10.*
[c] *Novarum lec. l. 4. c. 3.*
[d] *In Strab. l. 1.*

bonus. Sed quo minùs in has partes totus concedam, facit, tum quòd *Scutum* & Eœæ ut distincta opera sæpiùs ab [e] authoribus memorantur: Tum quòd [f] *Bœotii*, quibus hac in parte tutiùs credendum, conterraneum suum poetam Ἔργα tantùm composuisse contendunt. Adde quòd μεγάλας ἠοίας hæsitanter admodum *Hesiodo* inscribunt [g] authores. Neque prorsùs mihi persuadent magni viri, *Eœas* & *Catalogum mulierum* idem opus, imò veteres eosdem esse: aliam enim fabulam de *Phineo*, & de *Endymione* ex *Magnis Eœis*, aliam ex *Mulierum Catalogo*, & *Hesiodo* nobis propinant [h] *Apollonii* scholia: Et distincta fuisse διαφόρων affirmat [i] *Pausanias*. Neque tamen negavero *Eœas* etiam & fuisse *Catalogum*, & vocari, sed quo ordine non ita certum. Antiquitas plures *Catalogos Hesiodicos* agnovit [k] *faminarum*, *Heroûm*, forte & *Heroidum Deorum*. γυναικῶν enim καταλόγων ordine primum fuisse, ex [l] *Maximo Tyrio* non improbabili conjecturâ addùcor, ut credam. *Hesiodus*, inquit, χωρὶς μὲν τῶν ἡρώων, ἀπὸ γυναικῶν ἄρξας καταλέγων τὰ γένη, ὅτις ἐξ ἧς ἕφυ· χωρὶς αὖτε πεποίηνται οἱ Θεῖοι λόγοι, ἅμα τοῖς λόγοις Θεογονία. *primus peculiari opere herôum catalogum conscripsit, initioq; à mulieribus factô quâ quisque matre oriundus esset recensuit. Rursus Theologiam, aliud opus, scripsit: cui quâ Theogoniam conjunxit.* Atque ex his fortè

Theolo-

e Suid. Tzet.
f Paus. in Bœoticis.
g Athen. l. 8. Apoll. schol. l. 1. & 2. & 4.
h Libb. 2. & 4.
i Lib. 9.
k Suidas etiam ex lib. 5. constitisse refert.
l Dissert. 16.

Theologia libris hausit illud *Manilius*, quod in *Theogonia* desiderat [m] *Scaliger*. Qui etiam dictatoriè nimis asserit *nullum veterum prodidisse, neq; verum esse alia Geoponica scripsisse, præter ea quæ in manibus sunt* ἔργα καὶ ἡμέρας. Verùm ad *Hesiodum* referri solitum & aliud opus, quod veteres Μεγάλα ἔργα vocitabant, innuere videtur [n] *Athenæus*. Unde forsan censoriam virgulam stringit commentator in *Manilium* nil tale merentem: Nec tamen est quòd rabidi nimis oris [o] author *hoc solo* infælicem pronunciaret poëtam, *Quòd audacem illum & supercilioſum nactus sit Criticum Josephum Scaligerum*. Quis *Hesiodi* catalogorum secundas obtinuit, quis tertias, non satis compertum: locum quartum ἡ Ὁμήρου tribuit præsentis ævi delitiæ [p] *Dan. Heinsius*, & quarti partem fuisse, de quo nunc agitur, *Scutum*, ex antiqui argumenti authore colligit.

m *Ad Manil. l. 2.*

n *Athen. l. 8.*

o *Christ. Scheiner Rosæ Vrs. l. 4. p. 2. c. 2.*

p *In Anim. in Τετρεμ.*

Ἠεροειδέος.] Aquam potiùs quam aërem vertisse debuerat, *obscuram* scilicèt, vel *cæruleam*, [q] *aëri* colore *similem*: unde passim apud poëtam legimus ἠεροειδέα πόντον.

q *Hesych.*

Αἰδωνῆος.] Designat vox hæc tùm locum inferorum, tùm *Plutonem*: fuit autem *Aidoneus Epiri* rex, ὃς κατεμυθεύθη ἐπὶ τῷ Πλούτωνι: ut loquitur Scholium *Dionysii* τῦ Περιηγητῦ.

Εἰ μὴ κατ' ἀλληγορίαν λαμβάνοιτο, πανάθεμον ἄθεα.] *Nisi allegoricè sumantur, planè athea sunt.* Eo nomine *Homerum* ab impietate vin-

dicant ex antiquis haud pauci, qui de ejus allegoriis scripserunt, ut [r] *Metrodorus Lampsacenus*: & qui ad nos pervenit, *Heraclides Ponticus*: cui allegoria est, ἡ ἄλλο μὲν ἀγορεύον τρόπος, ἕτερα δ' ὧν λέγει σημαίνων. *Tropus in quo aliud dicitur, aliud intelligitur.*

[r] *Tatianus contr. Græ.*

P. 35. Ὁ τῶν Ἰουδαίων θεσμοθέτης, οὐχ ὁ τυχὼν ἀνήρ. *Iudæorum legislator, vir non vulgaris.* Ex hoc de *Mose* judicio *Longinum* semichristianum pronunciari posse putat doctissimus *Voisci* commentator. Et favere videtur quòd *Ammonium* & *Origenem* Philosophos *Christianos* non contemnendo [s] dignetur encomio. Reclamat autem tum scriptorum altum hac de re silentium, tum quòd paulò ante dixerat, ἡμῖν δυσδαιμονοῦσιν ἀπόκειται λιμὴν κακῶν θάνατος. Quod prout ab ipso dicitur, non magis Christianitatem sapit, quàm *Catulli* illud

[s] *Apud Porphyrium in vita Plotini.*

Nobis, cùm semel occidit brevis lux,
Nox est perpetuò una dormienda.

Nam quòd *Mosis* cum honore meminerint fecerunt & Ethnicorum plurimi: *Diodorus Siculus* libro ultimo, Μωσῆς, φησίν, πολλῷ τῷ φρονήσει πλείω πλείστων διαφέρων. *Cumulatâ prudentia & fortitudinis laude insignis.* Quæ enim duo loca in eandem sententiam, ex libro primo profert [t] *Iustinus* consultò prætereo: utpote quæ *Græcâ* fide referuntur: in altero enim non de *Mose* sed *Mneve Diodoro* sermo alter & truncatus urgetur & manifesto scan-

[t] *Iustin. Martyr. Paren. ad Græ.*

mendo, prout conferenti patebit. Quin & [u] *Porphyrius Longini* συμφοιτητὴς, & *Christiana* religionis infensissimus hostis, *Mosem* cum laude citat. Sunt etiam qui & *Porphyrium* in extremis *Christianum* factum volunt, [x] argumento haud fa[illegible]rmo adducti: nam si id verum esset, cùm à *Hieronymo* ipso, [y] *Augustino* & aliis patribus toties sceleratus audiat, non immeritò illud *Augustini* reponeret. *Hic vir objicit mihi gratiam Christi.* Idem de *Zenobia Longini* discipula suadere satagit magnus [z] *Baronius*, sed nondum persuadet. Idem de *Libanio* sophista [a] *Amphilochius*, ille quippe cæso in *Persia Iuliano Cæsaream* properus advenit. *Et ad genua S. Basilii provolutus, Baptismum* (si diis placet) *oravit, exoravit,* ἠξίου δέξασθαι τῷ ἐν χειρῷ προεγγίσαι καὶ ταύτης τυχὼν ὁμόσε ἦλθε γέγονεν Βασιλείῳ, ἅμα Εὐβούλῳ. Quod immane quantum à vero remotum sit, abundè nos docet *Libanius* ipse, tùm [b] aliàs, tùm in oratione nondum vulgata ὑπὲρ τῆς τιμωρίας Ἰουλιανοῦ, in qua eos ad supplicium conquiri postulat, qui *Iuliano* necis authores fuerant: quam non à *Persarum* aliquo, sed à proprio milite illatam asserit.

P. 37. Δῆλον δὲ ὅτι πολλῶν τε ἄλλων συντεθεικὼς ταύτῃ δευτέραν τιθὶ κατάθεσιν.] Scopum authoris non ferit interpres: *Longinus* enim tùm ex aliis, tùm ex eo quòd *Homerus* in *Odyssea*, tanquam Episodia quædam, *Iliacarum* cladi-

u *De vita Pythag.*

x *Ex Hier. in Chron.*

y *De civit. l. 19. c. 22.*

z *Ad annum Christi 274.*

a *In vita Basilii.*

b *De vita sua, & in epitaphio Iuliani.*

um reliquias introducit, inde colligit poetam *Odysseam* scripsisse post *Iliadem*. Verte ergò, *Palam enim est à Poeta hoc argumentũ secundo in loco compositum esse, tum ex multis aliis, &c.* De quo olim quæsitum docet * *Seneca*

* De brevit. vitæ c. 13.

P. 39. Οὐκ ἴσον σώζει τὸν τόνον.] *Non æquabilem servat* orationis *tenorem*, vel *sonoritatem*. Constat enim τόνον apud græcos, non *sonum* tantùm & *accentum* denotare, (unde [a] τονίζειν, interpungere) sed & *vires*, δύναμιν καὶ ἰσχύν. (unde [b] ἀτονεῖ, debilitatur) & illud quod in oratione *canorum* & sublime: quo in sensu hic sumendum judico: illud inquam, quod Latini vocant *Magna sonare*. Sic [c] *Horatius*,

a Troilus Sophista.

b Longinus sect. 9.

c Serm. l. 1. sat. 4.

Putes hunc esse poetam.

Ingenium cui sit, cui mens divinior, atq; os
Magna sonaturum.

Et [d] *Virgilius*. (*nandum*,

d Geor. 3.

Nunc veneranda Pales, magno nunc ore so-

[e] *Juvenalis* item, de causidicis loquens,

e Sat. 7.

Ipsi magna sonant, sed tunc cũ creditor audit.

Οὗς ὁ Ζωίλος.] *Zoilus Amphipolites, Homeromastix*, qui librum inscripsit Λόγον Ομήρου, & eo nomine pœnas luit. [g] *Heraclides* appellat *mancipium Thracium*, qui hoc etiam in *Homero* vitio vertebat, quòd *Apollinem* [h] in mulos & canes sævientem induceret. Θρασὺν ἀνδράποδον, λέγω δὲ Ζωίλον, ἄνω καὶ κάτω τοιούτῳ τινὶς λήρους φλυαροῦντα.

f Suidas.

g Homer. solut. l. 1.

h Ilia. a.

i Aristot. Hist. An. l. 5 c. 13.

Καὶ τὸν ὑπὸ τῶν Πλειάδων.] Πλειάς, *Livia*, avis quidem

quidem columbini generis περιστερειδὴς, non tamen columba. Quod ex Philosopho observat [k] *Athenæus*: qui & poëtam ab hac *Lon-gini* criminatione purgat, locum exponens non de avibus (πέλειαι enim & πτηνὰ separantur) sed stellis *Pleiadibus*.

Τῇ μὲν δ' οὐδὲ πτηνὰ παρίζεται, οὐδὲ πέλειαι
Τρήρωνες, ἄιτ' ἀμβροσίην Διὶ πατρὶ φέρουσιν.
Huc nec accedunt aves, nec Pleiades
Celeres, quæ Jovi patri ferunt ambrosiam.

[k] *Lib.* 11. *quem vide.*

Δεκὰτῃ δέ με νυκτὶ.] *Homerus* sic effert, [l] Ἐνθεν δ' ἐννῆμαρ φερόμην. *Hinc autem per novem dies ferebar*: quem si quis excusatum eat, non succurret quod in loco non dissimili tentâsse quosdam [m] Scholiastes refert, ἐνῆμαρ, *unum diem*, pro ἐννῆμαρ legentes; hic enim statim subjicitur

Νῆσον εἰς Ὠγυγίην πέλασαν θεοί.
Decimâ nocte in Ogygiam appulerunt Dii.

[l] *Odyss. μ.*

[m] *Ad Iliad. μ.*

Quin potiùs adeat Medicum simul & Philosophum doctissimum, [n] *Fortunium Licetum*: qui non ad decem solùm dies, sed ultra annos decem sine alimento omni & vixisse plures, exemplis, & vivere posse, rationibus probat.

[n] *De his qui diu vivunt sine alimento.*

Διὸς ἐπύπνια.] Pulchrè quidem ad hæc interpres; & facile esset inventis addere: è multis unum tantùm subjiciam, Διὸς Κόεως, quod proverbium aliter explicant [o] parœmiographi, aliter usurpat [p] *Philostratus*: ubi de *Hermocrate* sophista sermo, qui *Antipatri* filiam

[o] *Zenobius & Suid.*

[p] *De vitis soph. l. 2.*

filiam ducere in uxorem recusavit: αὐθὶς τῶν αὐτὸν τῶν συγγενῶν ἐς τὸν γάμον, ὡς Διὸς Κόρινθον ἤγουμένων τὸν Ἀντίπατρον. *Cognatis enim ad nuptias impellentibus, ut qui* Antipatrum *putarent* Jovis Corinthum *esse*: hoc est, magnum aliquem & Imperatori à deliciis.

Cap. VI.

Translatio emendatior tentata. Τὸ μὲν, τὸ δὲ. *Arimaspiorum author. Herodoto vera lectio restituta.* Φιλῶ. *Agones. Vossiatores defensi, & alia.*

Ἐξ ἀνάγκης γένοιτ' ἂν ἡμῖν ὕψος αὔπον.] Commation hoc εἰς τὰ ἐπόμενα, non ad antecedentia referendum censeo; & versionem totius coli sic efformo. *Cum enim omnibus in rebus circumstantia quædam sunt, quæ principalem materiam naturaliter comitantur: earum, cùm inter se similes sunt, præcipuas deligere, eâsque mutuâ connexione in unum quasi corpus compingere, necessariò nobis granditatis causâ erit: partim enim delectus capitum, partim densitas eorum quæ electa sunt, auditorem conciliat.* Certum enim est & τὸ μὲν, τὸ δὲ. & τὰ μὲν, τὰ δὲ. & τῦτο μὲν, τῦτο δὲ. apud *Græcos*, esse modos loquendi ἐπιλυομένους, significantes, *partim quidem, partim verò*: Exempla suppeditabit

peditabit [q] *Herodotus*. Poterint & non incommodè reddi tum hic, tum aliàs, *Non solùm, sed etiam*: ut apud [r] *Halicarnassenum*. *Quævis terra socios nos admittet*, τὰ μὴ ἀλύπους ἐσομένους τοῖς ὑποδεξομένοις, τὰ δ' ὠφελίμους, *Non solùm non molestos futuros suscipientibus, sed & utiles*.

q l. 1. §. 72. & l. 3. §. 8. & l. 9. §. 7.
r Antiq. l. 6.

P. 43. Τὸ αὐτό.] Hoc est, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ χρόνου, *Sub idem tempus*. *Simul*.

Ὁ τὰ Ἀριμάσπεια ποιήσας. *Arimaspi*, gens *Scythica* monoculi: unde [s] *Æschylus* μονώπων γρᾶπτου Ἀριμασπῶν vocat. Quia, ut [t] *Eustathio* placuit, ad sagittandum assueti alterum oculum claudere solebant, tandem verò consuetudo in naturam mutata est, inde & nomen sortiti sunt, ἀεὶ enim, linguâ Scythicâ, ἑνὸς, ὀφθαλμὸς autem *oculum* significat. Quæ ad hunc populum spectabant, ea carminibus istis comprehensa quæ *Arimaspia* dicta; de authore licet Criticus noster dubitare videatur, insinuant tamen, idque haud occultè, [u] *Gellius*; [x] *Plinius*, & [y] *Pausanias*; & disertis verbis asserunt [z] *Tatianus*, [a] *Suidas*, [b] *Strabo*, [c] *Herodotus*, & [d] *Tzetzes*, *Aristeam Proconnesium* versûs istos composuisse, quem *Suidas Cræsi & Cyri* temporibus vixisse refert: adeò ut fallantur necesse est quotquot vel *Homeri* æqualem & *Præceptorem*, vel etiam [e] antiquiorem existimant. *Suidæ* accedit *Herodotus* ex parte, qui illum anno ducentesimo quadragesimo postquam

s In prometh.
t In Dionys. perieg.
u L. 9. c. 4.
x Hist. l. 7. c. 2.
y In Atticis.
z Orat. con. Græcos, sub finem.
a In Aristea.
b Libb. 1. & 13.
c Lib. 4.
d Chiliad. 2. hist. 30.
e Apud Strabonem quidam.
f Tatianus.

quam denuò disparuisset in *Metaponto* jam rursus comparuisse refert: idque, ut vult *Tzetzes*, *Herodoto* jam tum vivente: ex quo etiam deducimus veriorem esse lectionem, quam in marginem rejectam videmus, ὅτιοι τριακοσιοστῷ ἔτει, quàm quæ in textum *Herodoti* admissa est, τριακοσίοισι. Si enim à *Cyro* & *Cræso* ad *Herodoti* tempora computemus, ægrè ducentorum annorum numerum complebimus.

P. 45. In ea quæ sequuntur *Arimaspia* hæc à nobis scholia habeas. Δύσμοροί τινές εἰσιν· hoc est, πάντες τινες, *omnes*, φίλας χεῖρας id ἰδίας, *suas*, *proprias*, Ἀναβαλλομένοισι, fortè ναυτιῶσι, *stomacho præ nauseâ rejectante*. Quòd autem φίλας vertimus *proprias* [g] *Heinsio debemus*, qui primus docuit φίλον sæpe significare, *meum*, *tuum*, *nostrum*, &c. vel quod est *cujusque* proprium. Sic apud [h] *Hesiodum* filius dicitur amputare genitalia φίλῳ πατρί. Et apud [i] *Quintum Calabrum*, *Lemniades* dicuntur mactare φίλους ἀκοίτας, *viros suos*.

[g] *Lectionum Theocrit. c. 5.*

[h] *In Theog.*

[i] *Lib. 9.*

Ὀλίγον γὰρ δὲ ξύλον αἰὲν ἐρύκει.] *Parvum autem lignum mortem* (vel *Orcum*) *abigit*. Est enim τμῆσις usitata, τῇ ἐρύκει. *Arati* hoc sic ἑρμηνεύει *Germanicus Cæsar*.

Ast alii procul è terra jactantur in altum:
Munit & hos breve lignum, & fata instantia pellit.

Et

Et tantum à letho, quantum rate fluctibus abſunt.

Nempe, —*Digitis à morte revulſi*
Quatuor aut ſeptem. Iuvenal.

Παῤῥέιστι τὸν κίνδυνον.] *Exterminavit, exulare juſſit periculum:* vel *finem ei impoſuit. Homerus* autem non item; *Non enim ſtatim ſubmovet id quod terrorem incutit.* Eiſdem tormentis carmen affecit quibus & ipſi affecti patientes. Hoc artificii ex *Homero* didicit *Virgilius*; qui *Cyclopem* non alio carmine dignatus eſt quàm planè monſtroſo,

k *Monſtrum horrendum, informe, ingens, cui* k Æneid. 3.
lumen ademptum.

Et ſubſultorium neſcio quid ineſſe voluit verſui, in quo de re leviori ſermo:

Tum varia illudant peſtes, ſæpe exiguus mus.

Quem miratur l *Quintilianus*, quia & *Epitheton* exiguus, *aptum proprium efficit: & caſus ſingularis magis decuit; & clauſula ipſa unius ſyllabæ non uſitata addit gratiam.* l Inſt. l. 8. c. 3.

P. 47. Οὐκ ἄλλως ὁ Ἀρχίλοχος ἐπὶ τῶν ναυαγίων. *Archilochus* poëta, præter iambos m *proprios*, ſcripſit etiam n elegos, quibus annumerandum cenſeo, quod hic citatur, opus *De naufragio*: quod illum compoſuiſſe probabile eſt in obitum ſororis ſuæ mariti, quem in mari periiſſe ex o *Plutarcho* cognoſcimus. m Horat. de arte. n Athen. l. 11. o Lib. de aud. poet.

Καὶ ἐπὶ τῇ σφαγῇ ὁ Δημοδόκος.] *Et poſt allatum*

allatum nuncium Demosthenes. Ecce tibi Oratoris locum meopte *Marte* adinventum.

p *In Orat. de Corona.* p Ἐστι γὰρ μὴν καὶ τὸ ἦν, ἦλθε δὲ ἀγγέλλων τις ὡς τοὺς πρυτάνεις, ὡς Ἐλάτεια κατείληπται. Locus est egregius sed latior, quem nec *Longinus* exscribere sustinuit; in eo orator tumultum *Athenienſium* post allatum, de capta à *Philippo Elatia*, nuncium, graphicè describit. Eidem argumento insudavit etiam [1] *Hyperides*, sed successu impari.

q *Theon. prog. c. 2.* Τὰς ἐξοχὰς ἀρισίνδην ἐκλαβόμενοι.] *Summa rerum fastigia pro dignitatis ratione seligentes.* Sic r *Lucianus*, Πλουτίνδην κελεύεις, ἀλλὰ μὴ ἀρισίνδην κρίνειν. *Considere jubes pro divitiarum, non pro dignitatis ratione.*

r *In Ioue Tragœdo.*

Ὥσανεὶ ῥήματα ἢ ἀγάλματα, &c.] Nec authorem hic satis assequor, & de interprete planè *Davus* sum. Constat eum hic ab oratione amandare τὸ ἐλοιῶδες καὶ τὸ ὄγκον, illud s *ſrumoſum & cortice pingui*: quin & ἀγάλματα (post quam vocem interpungendum puto) illud denotare quod turgidum & spongiosum; an autem aliud quippiam quod ædificiis inserviat adhuc docendus sum: eóque *Ampliandum* censeo.

s *Perſ.*

Ἀγώνων.] *Agones* appellant non solùm ludos gladiatorios, & gymnasticos, nec tantùm ludos sacros, quos *Græcia* quatuor agnovit, in eísque omnibus victor [2] τὸν ἀπὸ δόξου νικᾶν dicebatur.

a *Athen.*

(Τοιαῦτες εἶσιν ἀγῶνες ἐν Ἑλλάδι πέντε ἱεροί.)

sed

sed etiam agonas sophisticos, rhetorum controversias; & ἀγῶνας πολιτικὺς oratorum adversarias actiones. Unus (quod scio) [b] *Athenæus* *Agones politicos* vocavit certamina bellica; rectius forsan πολεμικῶν ἀγώνων legeretur. *Casaubonus*, ὁ ταλαίπωρος, *Pharisæorum agona*, apud *Epiph.*: sumit vel pro severiori ista disciplina & αὐστηρότητι quo se ad tempus excruciabant, vel pro tempore ipso quo ita se exercebant, puta decennio vel octennio: sed multum reclamante *Lansselio* Jesuitâ, qui ἀγῶνα pro orationis repetitione sumendum monet. *In dispunctionibus calumniarum Casauboni*: in quibus hominem se prodit in sua vitia facundum.

Κατὰ περίοδους ἀρχάς τε πολλὰς καὶ ἀναπαύλας.] Periodus apud *Latinos* dicendi magistros *ambitus*, *circumductum*, *continuatio vel conclusio* apud [d] *Fabium*, *circuitus* etiam, *comprehensio* & *circumscriptio* apud [e] *Ciceronem* audit. Constat, ut plurimum ex colis duobus vel supra: quædam tamen periodi sunt μονόκωλοι. *Demetrius Phalereus* in *historicam*, *rhetoricam*, & *dialogicam* partitur: qui ἀναπαύλας etiam ut hic noster, pro clausulis posuit. Περίοδος etiam de circuitu dicitur, quem ad visitandas Ecclesias capessunt ii, quos olim [g] περιοδευτὰς vocabant: Quo nomine & circumforaneos medicos intelligi putat [h] *Salmasius*, quos nos *montebancos* vocamus; *Græci* vero

b *Lib.* 11. c. 10.
c *In exercitat.*
d *Lib.* 9. c. 4.
e *Ad Heren.* & *aliàs.*
f Περὶ ἑρμηνείας.
g *Meurs. gloss.*
h *In exercit. Plin.*

i *In prolog. ad Hermog.* verò, ut ex i *Troilo* sophista colligimus, ὀνομάζειν ἰατρὸς *medicos curules*: puto quòd curribus hinc inde transferri solebant.

Διὰ τοπικείαν.] *Per loci communis tractationem.* Διὰ enim, etiam cum accusativo, apud Scriptores præsertim *Atticos*, significare *per* notius est quàm ut me monitore indigeat: cujus tamen inadvertentia interpretem, tum hic, tum k antea, transversum egit.

k *Pag. 15. l. 19.*

P. 49. Πεφυγεσθαι γάρ τις ἂν ἐκεῖνο σφᾶς ἄκρων λημμάτων.] Legendum putavi, φευγεσθαι γάρ τις ἂν ἐκλογὴν τῶν ἄκρων λημμάτων, &c. De his enim duobus capitibus egit per ultimas hasce Sectiones. Favent *pag. 41. lin. 10. & pag. 43. lin. 20* sed nihil muto.

Ταύτης τῆς πίστεως λείπομαι.] Desideramus hic discrimen quod inter αὔξησιν & πίστιν assignârat author: sed de iis latiùs technici: cum primis a *Fabius*, & b *Aristoteles*, hic de fide tum artificiali, tum inartificiali, ille de *amplificatione*, latè differentes. Magis dolemus amissam Κείνου summi viri, quam, *Demosthenis* & *Ciceronis* collationem instituens, exeruit. *Demosthenem* quidem, quem per excellentiam *rhetorem* appellat, *Periclis* fulmina, *Ciceroni* verò (quem *Seneca controv. l. 1.* *unum* Latini *habuerunt, quem insolenti Græciæ vel opponerent, vel præferrent*) adscribit *Pindarica* dictionis torrentem. *Thyphiodorus Homerum* παμμεγέθεων *Ulyssi* concedit utrumque, Δεινὸν ἀναβρόντησε, καὶ ἰσείνης ὑπὸ πυκνῆς Ἐξόχεν μὲν

a *Lib. 8. c. 4.*

b *Rhetor. lib. 1.*

ἰδέαν μεγαλοφυᾶ & ἐκφερόμενον. *Horribile quid fulminavit, & è sacro fonte effudit ingens flumen melliflua nivis.*

Τὰ μὲν οὖν ὑμεῖς αὖ ἄμεινον ἐπικρινεῖτε.] *De his quidem VOS exactiùs judicetis.* Ecce hic *Longinus*, author ad invidiam elegans, unum hominem, *Terentianum* suum, multitudinis numero compellat. Putà *Vossiſſatorum* unus, quos aduncò nimis naſo ſuſpendit *Eraſmus*; rem eſſe contendens χρὴς ἐν τῷ γράφω in literariam rempublicam invectam. Neq; illud verum eſt πρόσωπον non niſi in prima perſona contingere dq; modeſtiæ, feſtivitatis, vel Euphoniæ gratiâ; in ſecunda nunquam, niſi cùm genus ſignificamus, non perſonam; quale eſt illud *Naſonis* --*Quæ veſtra libido eſt.* Ecce enim *Platoni* licenti, οὐκ ἐμὸς ὁ μῦθος, occurrit ſtatim *Ariſtides*, ἀλλ' ὑμέτερος ὦ Πλάτων. *Imò verò veſter eſt, Plato.* Sed cauſam publicam non ulteriùs agam.

De conſcribendis epiſtolis, c. 12.

Oratione Platonicâ 1.

CAP. VII.

1

Κυρτιστοὶ *qui, Heſychius emendatus.* Κορυδαλία. *Pythia, quomodo numen concipit. Homeri imitatores. Ammonius. Steſichorus. Chori olim quales.* Φαντασία. Σημαὶ θεαί. *Longinus*

emendatus. Σειραῖος ἱππεύς. Λύκος. ὁ Παιανιεύς. *Hyperides. Charonea pugna.*

pag. 55. Κτείποντες ἀλλήλους σιδηρεοῖς κέρασι.] *Cornibus ferreis* (hoc est, armis) *arietantes*: Id enim propriè significat κνείπειν. Inde apud Hesychiũ joculatores mimi in *Italia*, seu βωμολόχοι moriones, qui in *Corythalia* festo personis ligneas induebant (putà, ut obversis frontibus tutiùs concurrerent) κνιπτοὶ appellati sunt. Κνιπτοὶ, οἱ ἔχοντες τὰ ξύλινα πρόσωπα ἐν Ἰταλίᾳ, ἑορτάζοντες τῇ κορυθελλίᾳ γελοιάσαι: legendum existimo vel [b] κορυθαλίᾳ, vel [c] κορυθαλείᾳ. Quam *Hesychius* alibi pro lauro coronatâ sumit: sunt qui idè cum εἰρεσιώνῃ statuunt, alii Θεὸν ξένιον θεὸν *Deam peregrinam*, interpretantur: nisi malit quispiam Θεὸν βόρειον legere, [d] *Abaris* enim hyperboreus εἰρεσιώνην introduxit. Κορθάλη item dosè, apud *Etymologum*, pro κορυθάλῃ, quæ illi est *laurus præforibus collocata, pueris eminentibus & filiabus pubescentibus lauros statuebant lanâ & fabis onustas.* δάφνας προπύλοις ἐπ' ἔρια καὶ κύαμους· εἰς τὸ ἔνδον, Sic enim corrigo. Existit forsan κνιπτῶν genere calvus ille apud [g] *Synesium*, qui cum ariete frontem conferere non extimuit.

Ἀλλοτρίῳ θεοφορεῖν πνεύματι τὸν αὐτὸν τρόπον, ὃν ἐν Πυθίαν, &c.] Quod hic summatim delibat author noster de *Delphico* tripode, & spiramine illo entheo quo *Pythia* φοιβολήπτου fit, latè exequun-

a *Extat locus, variante aliquantulùm lectione, apud Plat. Polit. l. 9.*

b *Ex Hesych. in* κορ.

c *Ex Etymol. in* εἰρεσιώνη.

d *Hesych.*

e *Innuit. Aristoph. scholiastes in equit, ubi corruptè legitur* βάειν, *&* βάειδας *pro* Ἀβαεῖν *&* Ἀβάειδας.

g *In Orat. de Calvitio.*

exequuntur alii. [h] *Diodorus* narrat, *ut hinc primò per capras oraculum inventum, hiatu isto terræ divinam auram exhalante: cui postea virgo præfecta est, tandem anus specie virginem simulans, quæ primò ligneæ machinæ tres bases habenti, pòst tripodi æneo insidebat.* In eandem sententiam *Strabo*, qui primæ [i] *Pythiæ* nomen *Phamonoen* fuisse addit: oracula autem ab eis edi hunc in modum *ex profunda specu, aditu non ita lato, ἀναφέρεσθαι πνεῦμα ἐνθουσιαστικόν· ὑπερκεῖσθαι δὲ τοῦ στομίου τρίποδα ὑψηλόν, ἐφ' ὃν τὴν Πυθίαν ἀναβαίνουσαν δεχομένην τὸ πνεῦμα ἀποθεσπίζειν ἔμμετρά τε καὶ ἄμετρα, ὑπείρειν δὲ καὶ ταῦτα εἰς μέτρον ποιητάς τινας ὑπουργοῦντας ἐπ' αὐτῷ. Enthusiasticus quidem spiritus exhalat: supra orificium specus tripus sublimis situs est, quo conscenso, Pythia, ubi spiritum exceperit, oracula edit tum carmine, tum oratione soluta. Porrò poetæ quidam templo servientes, quæ prosâ oratione edita sunt, in carmen compingunt.* Quin è patribus nonnulli idem tradiderunt. [k] *Origenes* ita; *De Pythia proditum est, ut Castalium os illud insideat Apollinea vates, & ex inferiori sinu, & parte illâ quâ fœmina est, spiritum suscipiat, quo plena, oracula reddit.* Et [l] *Chrysostomus* adhuc magis Latinè. Λέγεται πολλάκις ἡ Πυθία γυμνὴ πεσοῦσα ὑπερκαθῆσθαι τοῦ τρίποδος ποτὲ τοῦ Ἀπόλλωνος διαιροῦσα τὰ σκέλη· εἶθ' ὕπωθεν πόθεν πονηρὸν κατέβαλεν ἀναδιδόμενον, καὶ διὰ τῶν γεννητόρων αὐτῆς διεδύσετο μυελῶν, παρεδὺ τὴν γυναῖκα

h *Lib.* 16.

i *Lib.* 9.

k *Initio l.* 7 *contra Celsum.*

l *Hom.* 29. *in* 1. *ad Corinth.*

γυναῖκα τ μανίας. κ) ταύτην τὰς τείχας λύειν, λοιπὸν ἐμβακχεύσασθαί τ, κ) ἀφεῖναι ἐκ τ σώματος ἀφιέναι: κ) ὅτως ἐν παροιμίᾳ γενομένην τὰ τῆς μανίας φθέγγεσθαι ῥήματα.

Μόνος Ἡρόδοτος Ὁμηρικώτατος ἐγένετο.] *Solus Herodotus Homeri (ut ita loquar) imitantissimus.* Subjungit hìc & alios ſummi viri imitatores, quem eruditionis omnis promuncondum lubenter agnoſcunt antiqui. Rhetoricam ex eo deduxit, *Telephus Pergamenſis,* [m] qui librum ſcripſit, Περὶ τ καθ' Ὅμηρον ῥητορικῆς. [n] *Omnis quippe eloquentiæ partibus exemplum & ortum dedit.* Ad eum Geographiam refert [o] *Strabo.* Ad eam [p] Aſtronomiam. Et poëtæ patrem ſuum non inviti appellant.

m *Anon. in Hermog. de Statibus.*
n *Fab. l. 10. c. 1.*
o *Lib. 1.*
p *Achilles Statius in Arati Phæn.*

[q] *à quo, ceu fonte perenni,*
Vatum Pieriis ora rigantur aquis.

vel, ut ſonantiùs [r] *Manilius,*

Cujus ex ore profuſos
Omnis poſteritas latices in carmina duxit,
Amnemq; in tenues auſa eſt deducere rivos,
Unius fœcunda bonis.

q *Ovid. Amor. l. 3. El. 8.*
r *Aſtronomici l. 2.*

Quem propterea ἕνα κ) μόνον ποιητὴν ſalutat [s] *Architectonicorum* author. Imò & *Philoſophici gregis ducem* [t] *Maximus* Tyrius Ὅμηρος μὲν ἀποκρύπτει τοῖς φιλοσοφίας ὁπηλικῶν τ γένος. Ubi & in eandem ſententiam cum hoc noſtro diſſerit, *Platonem*, quàmvis præceptorem ejeret, & *Homerum* lanâ coronatum unguentóque

s *Athenæus, vel Philo.*
t *Diſſert. 14.*

delibutum

delibutum è republica sua ejecerit, fuisse nihil minus ἐκείνης τῆς ᾠδῆς ἀξίωμα; *illius musæ alumnum:* quod se latiùs alibi ostensurum recipit; forsan præstitit in opere illo, quod [u] *De Homeri Philosophia* conscripsit. Fecisset utique & *Longinus* hìc, si non *Ammonius* jam antea perfeciset. Illud enim colligere est ex loco proximè sequenti, utcunque mendoso. u *Suid.*

P. 57. Εἰ μὴ τὰ ἐπ' Ινδοὺς καὶ οἱ περὶ Ἀμμώνιον ἐκλέξασθες ἀνέγραψαν.] *Si non Ammonius, in iis quæ contra Indos commentatus est, jam perscripsisset.* Per Οἱ περὶ Ἀμμώνιον enim *Ammonium* solum assignari satis nôrunt grammaticorum filii. Quo nomine plures olim fuisse, eósque primæ classis philosophos, ignotum non est. Ego totus in hoc sum, ut *Ammonius Alexandrinus*, Philosophus (dum vixit) Christianus, hic intelligatur: ut qui *Platonicus* fuerit, & de *Platone* [x] scripserit nonnulla: & quem *Longinus* [y] aliàs eo nomine commendatum habeat, cujus familiaris fuerit. *Platonici verò* (inquit) *Ammonius & Origenes,* ὃις ἡμεῖς τὸ πλεῖστον τοῦ χρόνου συνεσοιτήσαμεν, αὐδρῶσιν ἐκ ὀλίγῳ τοῦ καθ' ἑαυτοὺς εἰς σύνεσιν διενεγκόσιν. Fuit *sine* & *Ammonius* grammaticus, non alius ab eo quem *Suidas Ammonianum* appellat; quod enim *Suidas* de *Ammoniano* narrat, *asinum habuisse poeticis lectionibus addictum adeò, ut apposito pabulo nihilominus esuriret:* illud ipsum de *Ammonio* refert [z] *Damascius*; author ex quo

x *Hierocles de providentia apud Photium.*

y *Libro de*

z *In vit Isidori apud Photium.*

quo non hæc tantùm αὐτοῦ ῥητῶς transcripsit *Suidas*. Quod hic dicitur τὰ ἐπ' Ἰνδοῖς, vitiosum est haud dubiò. *Indicorum* Scriptores haud paucos offendimus, *Androsthenem*, *Basilidem*, *Camaronem*, *Clitophontem Rhodium*, *Chrysermum*, *Daimachum*, *Megasthenem*, *Nearchum*, *Onesicritum*, & (qui solus, nec totus, ad nos pervenit) *Ctesiam*, subtilitæ fidei homines: sed quid his cum ijs quæ ex *Homero* mutuò sumpserit *Plato*? poterit fieri uti *Longinus* scripserit τὰ ἐν αὐτοῖς, sed conjecturam istam nec ipse probo, nec aliis amplexandam propino.

Στησίχορος ἔτι πρεσβύτερον.] *Et Herodoto etiam antiquior Stesichorus*. Hîc enim natus est [a] *Olympiade* XXXVII; & primò *Tisias* vocatus, *Stesichori* nomen postea adeptus; ὅτι πρῶτος κιθαρῳδίᾳ χορὸν ἔστησε, *qui primus cum cytharæ cantu chorum instituit*. Chorum *Lyricum* intelligo, non *Dithyrambicum*, quem vel [b] *Philoxenus*, vel *Hermioneus*, vel certè [d] *Arion* invenit; non *tragicum* vel *comicum*, quî fortè [e] *Philammonem* primum authorem agnoscunt; & à prioribus in hoc differunt, illi [f] circulares, hi quadrangulares; *Comicus* quidem [g] ex XXIV choreutis κατὰ ζυγὸν καὶ στοῖχον constitutis (in ranke and file) ζυγὸς quivis quatuor personas, τοῖχος autem (seu [h] rectiùs στίχος) sex comprehendit. Chorus *tragicus*, post *Æs-*

a *Suidas*. b *Is. Tzet. de poëtis*. c *Antipatrus & Euphronius apud Scholiast. Aristoph. in Avibus*. d *Hellanicus, Dicæarchus, et Demarchus ibid. & Arist. apud Proclum in Chrestom.* e *Plutarch. in Mus.* f *Tzetz. ubi prius. Pollux, li. 4. cap. 15. Aristoph. schol. in Equites.* g *Colligitur ex o-puscul. περὶ τάξεως παλαιᾶς, collato cum Toll. l. 1 c. 10.*

h ubi pro τοῖχος, lego στοῖχος, vel στίχος.

chyli

chyli Eumenidas, ex XV ſolis choreutis conſtitit, ita inter ſe ordinatis, ut in quovis ζυγῷ, ſeu ordine ſecundùm latitudinem ponerentur tres chorici; in quovis σίχῳ, ſive ordine ſecundùm longitudinẽ, quinq; hunc in modũ : : : : : Chorus autem tam *Lyricus* quàm *Dithyrambicus* circularis ex L. choricis conſtabat; hoc tamen intererat, quòd hi tripodem, illi taurum pro præmio referebant; deinde, his *antiſtrophi*, in uſu non erant; illis & *ſtrophæ* & *antiſtrophi*, & *epodi*; eáque etiam (ut creditur) *Steſichori* hujus inventum; unde parœmia, [h] ἄπτε τὰ τρία Στησιχόρου γινώσκεις. *Ne tria quidem Steſichori nôſti*; nempe στροφὴν, [i] quæ ad lyram canebatur κινουμένοις εἰς τὰ δέξια χορευταῖς, *Choricis ad dextram procedentibus*; ἀντίστροφον, *quem canebant, ad ſiniſtram revertentes*; & ἔπωδον, *quem in medio conſiſtentes recitabant*. Denique, proderit non neſcire, & in ludo talorum jactum quendam [k] *Steſichorum* vocari; octo nempe; idque ob ſepulchrum poëtæ, in *Himera Sicilia* urbe. ἐξ ὀκτὼ πώτων ζωστὸν, [πῶμον] *ex octo omnibus conſtitutum*; inde natum proverbium ἅπαντα ὀκτώ. *Omnia octo*. Expreſsiùs [l] *Euſtathius* de ſepulchro ait, ἐξ ὀκτὼ γωνιῶν ζωσκέκετο, *ex octo angulis conſtitutum*. Addit [m] *Apoſtolius*, ὀκτὼ κίονας, καὶ ὀκτὼ βαθμοὺς, *columnas etiam octo, & octo gradus*. Apertè ſatis, ſed in hoc lapſus, quòd *Catanam* poſuit pro *Himera*.

h *Dicgenian.*

i *Pindari ſcbol. in introduct. ad Olymp*

k *Pollux l. 9. c. 7.*

l *Iliad.*

m *Paræ Cent. 15 par. 67.*

n *In com ment.*

Καὶ οἱονεὶ διαδρεπτέουλος.] *Budæo*, viro de *Græcis* literis optimè meritò, συστάδην μάχεσθαι est comminùs pugnare, cui opponi monet διὰ δοράτων μάχεσθαι, seu δορατίζειν, pugnare eminùs. Mihi verò διαδρεπτίζεσθαι hoc in loco *velitationem* quandam designare videtur.

P. 59. Πρὸς τὰ ἀνειδωλοποιούμενα μέτρα.] *Ad rerum imagines adumbrantes versus*. Sic interpres. Atqui quid *Platoni*, *Demosthenis*, & *Thucydidi* cum versibus? per μέτρα potiùs *mensu-*
o pag. 31. *ram* eorum, & *altitudinem animo conceptam* intelligo; quo sensu ° superiùs dixerat ὄγκος μέγας. Vel, si hoc non placeat, quidni pro μέτρα legamus μετέωρα? *Elata*, & plusquam
p pag. 11. sublimia; uti vel ex eo satis liquet quod *Callisthenis* quædam ἐκ τοῦ ψηλοῦ ἀλλὰ μετέωρα ᵖ vocavit.

Ὑπέχειν ἐυθύνας, καὶ μὴ παίζειν.] *Judicium subire, & non ludere*. Conjicio legendum potiùs, καὶ μὴ πταίσαι, *& non causâ cadere*.

Τὸ ἰδίου βίου ὑφήμερον.] *Quod vitæ suæ tempus excedat*. Ὑφήμερος vox forensis, eos propriè
Harpocr. denotat, ᵍ *qui in judicio damnati, mulctas impositas ad diem constitutum non persolverent. Et res ipsa*, ἡ ὑφημερία. Apud *Suidam* autem, ἐξ ὑφημερείας ἐλαυνθέναι, est *post festum* venire, κατόπιν τῆς ἑορτῆς.

Sect. 13. Ὄγκος, apud authorem hunc, tragicum quendam orationis fastum & tumorem designat. Quâ voce appellabant olim, nescio *quid supra larvam personæ tragicæ, ad figu-*

ram

m literæ Λ, in altum ſublatum. [r] ὄγκος ὅτι τὸ ἐφ' τὸ μέσον ἀνέχον εἰς ὕψος, λαβδοειδεῖ τῷ χαρακτῆρι. [r] Pollux l.4.c.19. §.3.

P. 61. Φαντασία, παθος ἐννόημα λόγου γεννητικόν.] xtat, apud [s] *Plutarchum*, *Chryſippi* locus uſtris, in quo inter φαντασίαν, φαντασὸν, ντασικὸν, & φάντασμα ſatis ſubtiliter diſtinuit. Cui *phantaſia* eſt πάθος ἐν τῇ ψυχῇ γενόμενον ἐνδεικνύμενον ἑαυτὴν καὶ τὸ παθητικόν: *affectio in ima oborta, eiq; repræſentans ipſum illud à uo factum eſt.* Illud nempe quod in ſcholis pellamus *ſpeciem intelligibilem*. *Phantaſma* tem *eſt*, ἐφ' ὃ ἐλκόμεθα ὑπὸ τὸν φαντασικὸν διάκενον κωσμόν· *in quod ferimur per phantaſticum & anem tractum.* Nempe ægri ſomnia, qualia dere eſt *in iis qui atrâ bile laborant, vel qui rore perciti ſunt*. Mox ipſiſſimum hunc *Euipidis* locum adducit, & ſententiam de eo rofert tanquam authori noſtro planè ὁμοφώνου. [s] De placitis phil. l.4.c.12.

[t] Ex 12. libro de Anima, ut conſtat ex Laert. l.7. in Zenone.

Δεῖνον τῶνδε κόρας.] *Serpentibus horridas puas*. Furias intelligit, quas *Erinnyas*, *Heſiodus*; *Eumenidas*, & Σεμνὰς θεὰς, *venerandas as*, per euphemiſmum vocabant *Athenienſes*; uti & peſtem "νόσον ἱερὰν, *morbum ſacrum*; ſiniſtram ἀριστερὰν, & εὐώνυμον. q. *potiorem*, boni ominis manum. Quod autem *furias* ῥεγκον τῶνδε vocat *Euripides* ab *Æſchylo* muatus eſt, [x] *qui primus finxit earum crines rpentibus implicitos.*

[u] Apollonij ſchol l.1.

[x] Pauſan. in Att.

O

Ὁ δὲ ἑαυτάδης, μᾶλλον δεῖν, &c.] Ὑποταλ… potiùs, ὦ, recipiendum puto: ut sit, *Q… autem ab eo imaginatum est, penè audi… ipsos videre coegit.*

P. 63. Ἕλαι δὲ, &c.] Locus hic *Euripidis* h… dubiò ex ejus *Phaëtonte* desumptus est; fa… lam enim istius nominis scripsisse constat … [y] *Eustathio*, [z] *Laertio*, & [a] *Macrobio*.

Ἑπτὰ δ' ἐκ' ἑπτὰ Πλειάδων.] Signanter dixit *s… tem Pleiadas*. Nam [b] *Septem dici, sex tan… esse solent*. Septimam sunt qui sæpiùs nasci … denasci existimant, alii ab aspectu solùm … stro subduci, alii non omninò dari. Atque … in classe *Homerum* reponit [c] *Athenæus*, … qui sex tantùm *Pleiades* in poculo *Nest…* formaverit. Accedunt Mathematici, [d] *Th…* qui *Vergilias*, non obstante *Arati* authorit… septem asserentis, sex solas conspici posse … serit. Πλειὼ δὲ ἡ ἐπὶ ταύτας φησὶν εἶναι, ἀλλ… ἀληθείᾳ ἓξ εἰσὶ μόναι φαινόμεναι. [e] *Proclus*, εἰ… ὁπὸ τῷ ταύρῳ, ὁπὸ δὲ κότε αὖτις πείμενοι ἀστέρες, … ἀεθμοὶ ἓξ, καλέονται Πλειάδες. *Stellæ, quæ in d… Tauri sunt, numero sex, vocantur Pleiades*.

Πτερόεσσαν ὀμιλάδων.] *Volucrium equor…* (non curruum) ita enim dictum est, ut in il… *Neque audit currus habenas*. Sic clarissi… [f] *Rutgersius*; qui & αἰθέρος πυχὰς, *aetheris c… vexa*, (non juga) significare ex *Hesychio* … notavit. Et illustri mendo authorem nostr… liberavit, pro Σειρεὶς βεβαὰς, reponens σ… βεβ…

[y] *Versus quosdam ex eo citat ad Iliad. v.*
[z] *lib. 2. in Anaxag.*
[a] *Sat. l. 1. c. 17.*
[b] *Ovid. fast. l. 4.*
[c] *Lib. 11. c. 12.*
[d] *In Arati phænom.*
[e] *Sphæræ cap. ult.*
[f] *Var. lect. l. 1. c. 10.*

ὠς. *Terga funalis* equi premens. Monet
m [g] quadrigas olim duplici temone fuisse,
que perpetuo & qui omnibus equis injice-
ur; & hos *funales* appellatos; ut, quibus
gum injectum, *jugales*. Funales [h] *Graci*
ους vocant, δεξιὸν τ' ἄγεις.
Σειραῖον ἵππον εἶναι τὸν παρορεύμενον.
Dextero funario laxans habenas attrahe-
intunsum. Scholiastes exponit τὸν ἕξω τ
ν, τὸν δεξιὸν παρορεύμενον ὃ τῷ καταῦνει ἀειγεῖν.
rgerfius interpretis nostri versionem, (*Pa-*
autem ponè dorso Sirii conscenso equita-
t,) adunco nimis naso suspendit; *Quid eum*,
quit, *commeritum fuisse putas, qui illas tri-*
di assuetas præsidis Musarum nates tam
venti sidari, velut eculeo impasuerit? nisi
s Phœbus illa medicamine quo Phaetontis
put contigit, flammæ patientes fecerit.
uod Soli hic *Euripides* equas tribuat, nemo
spectum habeat; licèt enim [i] *Ovidius* &
i in quadriga ejus solos mares conjungat;
Eumelus tamen *Corinthius* etiam *Brontem*
Steropen equas admittit. Quadrigam dixi,
ùod poëtæ, ut [l] Lunæ bigas, Plutoni trigas,
vi sejugas, sic Soli quadrigas tribuunt;
cunque sculptor, in limine operis hujus —
patiis disclusus iniquis, *Phaetonti* bigas tan-
m ascripserit.

Θήρειος λοχαγέτης.] *Bellicosi duces*: ut Θήρειος
ις, *bellicus ales*, apud [m] *Æschylum* in
Sphinge.

g *Ex Isidoro l.* 18. *c.* 23.

h *Poll. l.* 1. *c.* 10. §. 9.

i *Soph. Electra.*

i *Metam.*

k *Hygin. fab.* 183.

l *v. Herm. Hug. de re equestri. lib.* 1.

m *Aristoph schol. in Ranis.*

Sphinge. λοχαγέτης autem dicitur, qui λό-
ducit. λόχος autem agmen exercitûs mi-
n Lib. 5. comprehendens DXII, ut ex n *Thucyd.*
colligitur; *Lacedæmones* autem quinque λό-
* in Lysi-stratam. habuêre, (ut vult *Comici** Scholiastes inedi-
o Hesychio ἔδωλος. eorum nomina, ο ἔδωλος, ἀείμνας, πλόα,
σοάγης, & σίνις. *Thucydides* septem agn-
cit, χωρὶς τῶν νικητῶν, ait scholiastes hîc;
ctiûs χωρὶς τῶν σωτηρίων, præter *Sciritas*, qui et-
p Thucyd. schol. l. 5. inter *Laconicos* λόχους p recensentur; de q-
bus Consule q *Diodorum Siculum*, qui λό-
q Lib. 15. cum *locho* confundere videtur; ut r *Xenop-*
r in Laced. repub. μόρων · cujusmodi, ex *Lycurgi* instituto,
habuerunt.

Ταυροσφαγῆντες εἰς μελάνδετον σάκος.] *Bov-*
mactantes super nigrante clypeo. Locum hu-
subsannat *Comicus* in *Lysistrata*,

Εἰς ἀσπίδ', ὥσπερ φασὶ ἐν Αἰσχύλῳ ποτέ,
Μηλοσφαγοῦσαι. *Super clypeo, quod olim*
Æschylo factum ferunt, oves mactabim-
Nec enim *Biseti* commentum recipio, q-
nescio quâ authoritate fretus, *Æschylum*
bulam quandam scripsisse æstimat, titulo M-
λοσφαγοῦσαι.

Καὶ θιγγάνοντες χερσὶ ταυρείου φόνου
ὄρκωμότησαν.] *Contingentes manibus taur-*
num sanguinem, sanctè jurârunt. Id enim
sacramentis istiusmodi solenne fuit, ut sa-
guinem adhiberent; nonnunquam humanum
s Sallust. sic enim s *Catalina* conjurationis suæ soc-
pro

ópinavit. Et apud reges barbaros in more
ositum fuisse refert [t] *Tacitus, quoties in soci-* [t] *Annal.*
atem coeant implicare dextras, pollicesq; *l.12.*
ter se vincire, nodoq; perstringere. Mox,
bi sanguis in artus extremos se effuderit, levi
tu cruorem inliciunt, atque invicem lam-
unt: Id fœdus arcanum habetur, quasi mu-
no cruore sacratum. Quod idem tradit [u] *He-* [u] *Lib.4.*
odotus, nisi quod pro *pollicibus* ponit *bra-*
bia; uti & *Luciani Toxaris.*

P. 65. Τὰ τῆς Λυκέργυ βασίλεια κ τὴν ὑπὸ φάνειαν
Διονύσυ θεοφορεῖσθαι.] * *Lycurgum* intelligit fi- * *De quo*
um *Dryantis*, regem *Edonorum*; *Ejus*, in- *Hom. Il. ζ.*
uit, *regia, cùm primùm Bacchus apparuit,* *Hygin. fab.*
acro quodam furore percita est. Fuit enim *132. Ap-*
Lycurgus Bacchi hostis infensissimus, de quo *pollodor.*
abulam scripsit *Æschylus*, unde quod hîc *biblioth*
ubjicitur ab authore desumptum est. *Euri-* *l.3. Nonn.*
idis autem illud, Παῖ ζ ξωνεβάκχευσ' ὄρεσι, extat *Dionys.*
n *Bacchis* vers. 725. *l.20.*

Μετὰ διοσημείας.] *Cum prodigiosa tempestate:*
st ubi & vox hæc illam *Astrologiæ* partem
lesignat quæ circa tempestates prædicendas
versatur; eóq; alteram *Arati* partem διοσημεῖα
vocamus; & *Johannes Philadelphensis*, inter
lia Mathematica etiam περὶ διοσημειῶν scripsit;
quod non ita commodè, *De ostentis*, vertit
nterpres *Suidæ.*

Ἔκφυλοι αἱ θελάσεις.] Quamvis non con-
emnenda interpretis conjectura qui παρεκβά-

σεις

σεις legit, poterit tamen antiqua lectio loc
ſuum tueri; ſi παραβάσεις poëtarum intelli
mus, quas ideò *alienas* appellat; ſic autem
cabant apoſtrophos iſtos, quos, exeuntibu
tempus actoribus, chorus ad ſpectatores,
de rebus publicis, vel de ipſius poëtæ pr
tis, habere ſolebat. Παρέβασις δέ τοῦτο μ
τοῦ χοροῦ καιρὸς, ὅτ' πρώτα μέρη πληρωθέντ
τῆς σκήνης ἀναχωρῆσαι, ὡς ἂν μὴ τὸ δρᾶμ
ἀργὸς καθέζηται, ὁ χορὸς ἀποστροφον ἐποιεῖτο πρ
δήμου, &c. Hactenus, & plura [y] *Platonius*,
parabasios iſtius partes ſtatuit, μελύδριον, κα
τιον, στροφὴν, ἀντίστροφον, ἐπίρρημα, ἀντεπίρρημα,
anapæſtos. Septies enim ſe convertere ſo
bant. Paulò aliter author vitæ *Ariſtopha*
ſed locus mutilus eſt. Nec multùm dive
[z] *Pollux*: cui & παραβάσεως δίκη eſt *actio in*
riarum forſan, vel impietatis potiùs: u
Julianus apoſtata per antonomaſiam fa
apud authores audit, ſine addito, ὁ παραβά
ut *Homerus*, ὁ ποιητής· *Demoſthenes*, ὁ ῥή
Strabo, ὁ γεωγράφος· *Stephanus*, vel ejus epi
mator *Hermolaus Byzantius*, ὁ τὰ ἐθνικὰ
λας.

y De differentia Comœdiarum.

z Lib. 4. c. 16.

P. 67. Εἴ τις δῆτα εἶπεν παρελθὼν, ὡς ὁ τοῦτος ἐ
κτὸς ὄντι. *Si quis interim adveniens renuncie*
ipſum hunc illum eſſe qui captivos *emiſe*
(ita ut idem ille author criminis inveniat
qui index erat) *ne ad cauſam quidem dice*
dum admiſſus, protinus periret.

CAP. VIII.

Pugna Marathonia. Salaminia. Plataensis. Demosthenis Iuramentum. Per quos juratum. Καινοτάφιον. *Sepultura publica. Tyrannus.* Ἐπὶ κόρρης. Περιπλακῆναι.

P. 69. Οὐδὲ γὰρ οἱ ἐν Μαραθῶνι πλεῖστον.] Miro dicendi artificio orator hîc tres celebriores *Athenienſium* pugnas commemorat. *Marathoniam*, in qua *Medos* [a] devicere. [b] Nec ulla unquam pugna magis gloriantur. Eam in *Pœcile* depingi curabant, quæ propterea à *Perſeo* dicitur:

Braccatis illita Medis Porticus.

Οὐδ' οἱ ἐν Σαλαμῖνι.] *Salamis* inſula, ad quam navali pugnâ [c] *Athenienſes Themiſtocle* duce *Xerxis* copias fuderunt. *Salamini* [d] *Atticæ* aliam in *Cypro* cognominem extruxit *Teucer*, cùm à *Telamone* patre non reciperetur, ut qui *Ajacem* fratrem αὐτόχειρα non impediiſſet. Atque hinc *Salaminem Atticam veram* appellant Scriptores,

[e] *Nunquid Ajacis Salamina veram.* Et

[f] *Treſq; petunt veram credi Salamina Cyrinæ.* Et

[g] *Vera Syracuſis Salamis non merget Athenas.*

a *Herodot. l. 6.*
b *Pauſan. lib. 1.*
c *vid Diodor. Sic. l. 11. Plut. in Themiſt. Herodot. lib 8.*
d *Schol. Æſchyli ad Perſas. Acron. ad Hor. l. 1. od 3.*
e *Sen. in Troad.*
f *Lucan. l. 3.*
g *Manil. aſtron. l. 5.*

Ubi

Ubi aqua hæret magno *Scaligero*.

k Herodot. l. 9. Plut. in Aristide. Diodor. Sic. lib. 11.

Οὐδ' οἱ ἐν Πλαταιαῖς.] Ad[k] *Plataas* fusi sunt *Persæ* quibus præerat *Mardonius*, à *Lacedæmonijs* & *Athenienſibus*, illos *Pauſaniâ*, hos *Ariſtide* ducente.

Μετὰ τῶν ἐν Μαραθῶνι κινδυνευσάντων.] *Post eos qui in Marathone anteâ periclitati ſunt.*

l Lib. 1.

Phraſin ex[l] *Thucydide* mutuatus eſt, φαμὲν γὰρ Μαραθῶνί τε μόνοι κινδυνεῦσαι τῷ βαρβάρῳ. *Diximus nos ſolos cum barbaris in Marathone non ſine ſummo noſtro periculo concertâſſe.* Juramenti formam addit orator de proprio quam, licet heſterni[m] quidam rhetorculi carpere non vereantur, conſtat apud ſaniorem judicii ſeculum plauſum retuliſſe. Et[o] *Lucianus* ingeniosè fingit *Demoſthenem* in hæc verba ſupremum ſpiritum exhalâſſe; *epoto*, inquit, *veneno limen templi ſine mora tranſgreſſus, & me reſpiciens* ἄγε δὴ τοῦτον, ἔφη, πρὸς Ἀντίπατρον, Δημοσθένη γὰρ οὐκ ἄξεις· ἐμοὶ μὲν γὰρ ἐφαίνετο προσθήσειν τοῖς ἐν Μαραθῶνι πεπτωκόσιν, ὃν δὲ χαίρειν εἰπὼν, ἀπέπτη. *Duc hoc*, inquid, *ad Antipatrum, Demoſthenem enim non duces. Non per eos: Additurus mihi viſus eſt; Eos qui in Marathone cecidêrunt; Ille autem, dicens æternum vale, occidit.* Sunt qui grammatico nimis acumine, ex hoc & aliis locis ſic colligunt,

m Baltacus in ep.

o In Demoſth. encomio.

p Apollon. ſchol. ad lib. 2. ver. 259.

[p] ἔθος ἦν ἀρχαῖον ὀμνύναι πρῶτον θεούς, εἶτα τοὺς ἐπάγειν καὶ παῖδας καὶ γένος ξυμφοράς. *Solebant olim primò deos jurare, dein & ſua damna ſubjicere.* Sic

[q] *Cepheus*

[q] *Cepheus* per *Apollinem* simul & per cæcitatem suam, Ἰὼ Λήτους υἱός ——

Καὶ τόδ' ἐπ' ὀφθαλμῶν ἀλαὸν νέφος.

Sic *Telemachus* per *Iovem*, & dolores patris,

[r] Οὐ μὰ Ζῆν', Ἀγέλαε, καὶ ἄλγεα πατρὸς ἐμοῖο.

Sic *Demosthenes*, Μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι. At sanè non aliud voluit orator, quam quod hîc disertè satis expressit *Longinus*; nempe εἰ ὁμοπαθῆ ἐμιμήσατο τοὺς προγόνους ἀποδεῖξαι, *majores in deorum ordinem conscribere*, ut sic *Athenienses* in *Philippum* concitaret alacriùs. Atque hinc facilè conficitur juramenta antiquitùs per eas tantùm personas concepta, quas pro dijs habuere; Sicubi enim per *Genium Cæsaris* adhuc viventis, hoc pejori seculo adulationi publicæ datum est; postquam rerum summa ad unum translata; anteà certè obtinuit illud [s] *Minucij, invitis hoc nomen adscribitur, optant in homine perseverare, fieri se deos metuunt, &, etiamsi senes, nolunt.*

Huc facit quòd *C. Cæsar* post mortem *Drusillæ* sororis, quam in divorum numerum referri curavit, [t] *nunquam nisi per numen* (alij *nomen*) *Drusillæ dejeravit.*

P. 73. Λόγον ἄξιον.] *Opinionem* verte, non *orationem. Ut auditoribus ingeneraret opinionem illorum virtute dignam.*

Πεποίηται χάριν τοῖς ἀπολωλόσιν ὁ ὅρκος.] *Iuramentum in eorum gratiam qui victi sunt* (malè, *occisi*) *elaboratum est; ne Chæroneæ clades*

[q] *Apollon. ibid.*

[r] *Odyss. ω.*

[s] *in Octavio.*

[t] *Sueton. in Caio.*

clades Athenienſibus ulteriùs ſummi infortunii loco haberetur.

Διὰ τοῦθ' ἑξῆς κανονίζει ἢ δι' ἀσφαλείας ἄγει ἢ ὀνόματα. διδάσκων ὅτι, &c.] Sic interpungere non dubito; (licèt exemplaria univerſim omnia reclament,) ita primâ facie hic ſe ſenſus offeret; *propterea ipſa etiam verba, quæ ſequuntur, ad normam explorat, & inoffenſa profert: docens, quàm neceſſe ſit etiam inſanire cum ratione.* Κανονίζειν propriè eſt ad *normam explorare*, inde tranſlatum eſt ad eam, de qua modò dictum eſt, ἀποθέωσιν denotandam. Quòd illi tantùm pro *Sanctis* habendi ſunt, quorum vita ad regulam perfectionis examinata inculpata reperitur. *Canonizatio* autem iſta, prout [u] in *Romana* Eccleſia jamdudum obtinet, ſiquid antiqui habet, illud omne ab ethnicis mutuatum. Ut quòd, inquiſitione de vitâ, famâ, & miraculis canonizandi habita, ternâ vice Pontifici ſupplicat Orator ut in album Sanctorum referatur; primò, *inſtanter*; ſecundò, *inſtanter* & *inſtantiùs*; tertiò, *inſtanter*, *inſtantiùs*, & *inſtantiſſimè*: quò columbas, turtures, & caniſtellum vivis aviculis diverſi generis plenum offerunt, una cum cereis, panibus, & vini cadis; hæc, inquam omnia non multùm abludunt à formulâ ἀποθεώσεως iſta, quam latè proſequitur [x] *Herodianus*. Certè honores ſuos omnes (quos ſeptem aſſignat *Roccha*) *Canonizati* cum *Divis* com-

[u] *V. Cæremoniale Rom. & Angelum Roccham comment. de Canonizatione Sanctorum*

[x] *Lib. 4 in Principio.*

munes habent. Ut sint, inter *Sanctos* referri: Sic ethnici inter *Deos*: in Ecclesiæ precibus invocari; templa & aras in eorum memorias erigi; sacrificia in honorem eorum offerri; dies festos celebrari; imagines pingi, addito certo lumine in signum gloriæ; & demum reliquias custodiri. Sic inquam & ethnici suos invocabant; & templa vel ἱερὰ eis statuebant; quin & aras, quas propriè ἐσχάρας vocare licet; [b] βωμοὶ enim altaria deorum; ἐσχάραι, hæ divorum, seu herôum: inter quæ & hoc intererat, quod illa in altum erecta, hæ defossæ. [c] βωμὸς ὀυρανοῦ ἐσχάρα ὀυρανία. Ουρανίων enim (quòd scio) non agnoscunt Scriptores ethnici; semel apud *Pollucem* offendo, sed pro titulo; quod ideò suspectum habeo quia ἐν τοῖς ἔπεσι nihil tale occurrit. Sacra etiam sua, & festos, ludósque, imò & sacerdotes decretos habuere; ut sodales *Augustales*, *Augustus*. Cujus etiam, (ut & avunculi *Iulii*) radiatum caput in statuis fuisse, tum ex historicis, tum ex numismatis innotescit. Fidem his faciunt quæ de *Romuli*, *Iulii* & *Augusti Cæsarum*, *Drusillæ*, *Severi*, & aliorum deificatione [a] referuntur.

Καὶ πρὸς ἑσπέραν Ἀρτεμισίου.] *Artemisium* erat promontorium [b] *Euboeæ*, supra *Hestiæam* ad boreale littus expansum.

De prælio *Græcorum* contra *Persas* ad *Artemisium commisso* legatur [c] *Herodotus*.

[y] *Ammon. de vocum diff.*

[z] *Ethnicorum auctor. in βάιος.*

[a] *Apud Plut. in Rom. Livium l. 1. Italic. l. 1. Tacit. l. 1. Senec. de brevit. & in ludo, &c.*

[b] *Plut. in Themist.*

[c] *lib. 7.*

Οὓς ἅπαντας ἔθαψε δημοσίᾳ ἡ πόλις.] *Quos omnes sepelivit publicè civitas.* Solebant enim *Athenienses*, ex instituto patrio, eos qui in bello cecidissent publicè sepelire, in hunc modum. [d] Triduo ante diem justis destinatum, tentorium erigunt, in quo defunctorum ossa proponunt; ipso funeris die arcas ex cupresso factas plaustris adferunt, pro unaquaq; tribu unam, in quibus ossa reponuntur; & præterea lectus unus vacuus, stratus, ob eos quorum cadavera reperta non sunt. Funus hoc modo adornatum prosequuntur omnes, tum cives, tum peregrini; mulieres item cognatæ ejulantes: Hæc in publico agro condunt, additis cujusque sepulchro [e] columnis cum adscriptis titulis; demum aliquis è meliori nota, ad hoc munus destinatus, solenni oratione habitâ defunctos pro rostris laudat. Locus autem in quo sepeliebant, erat extra urbem, *Ceramicus* dictus. [f] Κεραμεικὸς, ἔνθα τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ, καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον. Atque huc respexit *Aristophanes* in *Avibus*,

Ὁ Κεραμεικὸς δέξεται νώ. Δημοσίᾳ γὰρ ἵνα ταφῶμεν, Φήσουμεν πρὸς τοὺς στρατηγοὺς Μαχαίνῳ τοῖσι πολεμίοις Ἀποθανεῖν ἐν Ὀρνεαῖς. *Ceramicus suscipiet nos, ut enim publicè sepeliamur, ducibus dicemus nos cum hostibus pugnantes in Orneis mortuos esse.* Atque hoc in cæteris sanctè observatum, eos tantùm qui in *Marathonio* prælio obie-

d *Thucyd. lib. 2.*

e *Pausan. l. 1. Suid. in κεραμεικὸς.*

f *Harpocration.*

obierunt, non in *Ceramico*, ſed in eo ipſo campo ſepelierunt, ἐκείνων διαφερόντως τοῦ ἀριστοῦ κρίναντες, ut *Thucydides*: cui ſuccinit *Pauſanias*, addítque inſuper herôas eos à *Marathoniis* appellari.

P. 75. Τυράννους, βασιλέας.] Reges optimos *tyrannos* olim vocatos. *Cui non dictus Hylas?* Quando verò vox iſta à primæva ſua ſimplicitate deflexit, non ita triviale. [g] *Scholiaſtes Sophoclis* annotavit reges omnes *Trojanis* antiquiores *tyrannos* vocatos; vocem verò iſtam *Homeri* temporibus ignotam prorſus, ut qui *Echetum*, bipedum omnium nequiſſimum, regem vocaverit, non *tyrannum*, [h] Εἰς Ἔχετον βασιλῆα, βροτῶν ὀλοώτατον ἀνδρῶν. Tandem, circa *Archilochi* tempora, vocis uſum ad *Græcos* perveniſſe vult *Hippias* ſophiſta. *Tyranni* autem vel ab urbe *Tyro*, vel à *Tyrrhenis* dicti, quòd hi latrociniis dediti eſſent. Quos autem nunc *tyrannos* olim αἰσυμνήτας vocabant; referente *Ariſtotele* in *Republica Cumæorum*. Hæc ille, & in hanc rem plura.

g *Ad Oedipum Tyr.*

h *Odyſſ. σ.*

Κἂν ὑπεργαθήσῃ τῇ τοῦ θυμοῦ, πρὸς τοῦ πειθοῦς ὀφλὸν λόγων πάντως ἀντιλαμβάνεται.] *Vel, ut iræ imperet, at orationis ſuadelæ* (ſeu, *quò minùs ab ea perſuadeatur*) *penitùs reluctatur*. Ita enim interpungere malim, quàm receptam ſequi παρασημείωσιν.

Τότε ἄειδεν ἀκοὴ τὸ χρεών, &c.] Conſonum huic eſt quod de epiſtolico charactere præci-

i In epist. ad Aspasiam.

pit i Philostratus, ἐχέτω τὸ ὄγκιον ἐν τῷ μὴ ἐγκεκυφέναι. *Figuram habeat in eo quod sit minimè figuratus.* Figuram autem variè definierunt antiqui rhetores. k Zoilus ita; χῆμά ἐστιν ἕτερον μὲν σημαίνειν δοκοῦν, ἕτερον δὲ λέγειν. *Aliud simulare, aliud dicere.* k Cecilius (idem ille de quo crebra hîc mentio) paulò aliter, Κεκίλιος δὲ ὁ Καλακτίνος (corrige, Καλακτίπης) ὧδέ που τὸ ὄνομα, χῆμά ἐστι παρέκπτωσις εἰς τὸ μὴ κατὰ φύσιν. *Deflexio ad id quod secundùm naturam non est.* l Tiberius pleniùs, χῆμά ἐστι τὸ μὴ κατὰ φύσιν τὸν νοῦν ὁποίαν, μηδὲ ἐπ' εὐθείας, ἀλλ' ἐκτρέπειν καὶ ἐξαλλάττειν πως διάνοιαν κόσμου τινὸς τῆς πλάσεως ἢ χρείας ἕνεκα. *Figura est non ordinario modo mentem exprimere, nec directè; sed sententiam animi inflectere, & variare fictione aliquâ, vel ornatûs vel necessitatis gratiâ.* Exempla cupienti suggeret m Halicarnasseus.

k Apud Phœbamonem in proleg.

l De figuris Demosth. Et Plutarch. de figuris Homeri.

m 2 figuris.

P. 77. Τὰς πύσεις καὶ ἐρωτήσεις.] *Technici* ita distinguunt, ut ἐρώτησις sit interrogatio, quæ pro responso assensionem tantùm vel negationem requirit; *est*, vel *non*. πύσεις autem quæ fusiorem responsionem: ut, n *Theano Pythagorica* interrogata ποία γυνὴ ἀπ' ἀνδρὸς καθαρὰ εἰς τὸ Θεσμοφορεῖον πάτειον; εἶπε, ἀπὸ μὲν τοῦ ἰδίου ἀφαγνὰς, ἀπὸ δὲ τοῦ ἀλλοτρίου οὐδέποτε. *Quæ mulier à viro pura ad Cereris sacra veniret?* respondit, *A suo statim, ab alieno nunquam.* Locum, ex o *Clemente*, sic restituo, ποσαῖα γυνή. Quoto die mulier, &c.

n Theon. c. 5. pro exemplo πύσεως hoc adducit.

o Stromat. lib. 4.

P. 76. Ἐξ ἀυτογύης.] *Ex tempore.* Αὐτόγυον enim idem quod παρὰχειρον, (*ad manum*) vel πὰρ ποσί (*ante pedes*) γυῖα enim (ut ex *Ulpiano* anteà monui) propriè manus & pedes designant.

Τὸ Ἡροδότειον. Εἰ ἔτυχε.] Locum hunc *Herodoti* non vacavit exquirere; remittit nos *Stephanus* ad pag. 384. in codice *Genevensi*: ut ego lectorem.

P. 81. Φέρει τῆς ἀγωνίας ἔμφασιν, &c.] *Æstûs animi, seu agoniæ cujusdam, repræsentationem exhibet, eodem tempore & impedientis aliquid & urgentis.*

P. 83. Ὅταν κονδύλοις, ὅταν ἐπὶ κόρρης.] κόνδυλοι propriè [q] significant ipsas articulorum in digitis prominentias, atque inde & plagam articulis inflictam. Ἐπὶ κόρρης autem [r] alii de ictu capiti illato interpretantur, quia *Homero* κόρυς est κεφαλή: alii temporibus, [s] vel pro alapa genis impacta, ita ut ipsa tempora attingantur, (ut [t] *Ælius Dionysius*) πληγὴ εἰς σιαγόνα ἢ κρόταφον. Apud *Hesychium* & alios ἐπὶ κόρρης pro eodem sumitur; quod magis *Atticum* esse contendit [u] *Maussacus*; verùm [x] *Phrynichus* & [x] *Magister*, *Atticista* summi, non ita; quin apud eos, Ἐπὶ κόρρης παίειν λέγουσιν Ἀττικοὶ, τὸ πλὴν γνάθου πλατείᾳ πλῆξαι χειρὶ, *Malam explicat à manu ferire Attici vocant* ἐπὶ κόρρης. Addit *Magister*, & *Platonis* exemplum, & *Libanii*; quem etiam ob id accusat, quòd alibi ῥάπισμα dixerit; hoc quippe (ut etiam ex

q *Pollux l. 2. c. 4. §. 31.*
r *Apud Poll. l. c. 4. §. 1.*
s *Apud Suid.*
t *Apud Eustath.*
u *Ad Harpoc.*
x *In collectionibus dict. Attic.*

Harpocratione discimus) licèt in communi vita usitatum, minùs *Atticum* tamen, eóque reprobandum.

Ἀήθεις ὄντας τῆ θεσπιλαχίζεσθαι.] *Contumeliâ affici non assuetos.* Sic enim vocem hanc interpretari videtur [y] *Halicarnasseus*, θεσπιλαχιζομένη καὶ δεινὰς ὕβρεις καταμένουσα. *Etymologus* vocem deducit ἀπὸ τοῦ πηλός. Οἱ γὰρ Ἀττικοὶ τὸν ἐπί τινι ἀδικήματι ἐλόντα, πηλῷ χέοντες ἐδημοσίευον. *Attici enim criminis alicujus convictum luto inungentes in publicum protrudere solebant:* Addit *Suidas*, quos olim luto nunc caligine ungi. Forte, παλλακείας *concubinatus* crimen intelligit, cujus supplicium fuerit θεσπιλαχισμὸς; uti adulterii ῥαφανίδωσις, & πυγαπλμὸς virorum, ἀνοδασία fæminarum. Videtur & θεσπιλαχισμὸς pro colopho sumi majori impetu incussio. [z] θεσπιλαχισμὸς ἰσχυρὸς ἐπὶ κόρρης καὶ μείζων τοῦ κονδύλου. Quod huic *Demosthenis* loco apprimè convenit.

y Epist. ad Ammæum.

z Phavorinus in lex.

CAP. IX.

Isocratici. Ἐπὶ ξυρᾶ ἀκμῆς. ἐν χρῷ. Κώδωνες, & Κωδωνίσται. *Phrynichus. Suidæ error. Mileti excidium. Hecataeus.* Καταχρᾶσθαι.

a Quintil. l. 3. c. 1. Ἰσοκράτειοι.] [a] *Isocratis praestantissimi discipuli fuerunt in omni studiorum genere.* Inter eos celebriores erant, *Isaeus, Hyperides, Theodectes, Theopompus, Philiscus, Trallianus*; De discipulis *Isocratis*

volumen integrum, eúmque accuratè scripsit [b] *Hermippus*. Notantur apud [c] authores, ut qui πλεονάσεις & antitheta in orationibus suis nimis pueriliter affectarent. *Longinus* hîc etiã polỳsyndeta eis in pretio fuisse meminit.

P. 87. Ἐπ ξυρῆ ἀκμῆς.] *In acie novaculæ.* Proverbiale hoc ab [d] *Homero* mutuati sunt [e] *posteri*. Νῦν γὸ δὴ πάντεσσιν ἐπὶ ξυρῆ ἵσταται ἀκμὴς. Quod (ut *Eustathio* & *Triclinio* placet) *Sophocles* παραφράζει, cùm dicit ξυρεῖ ἐν χερῖ. Quod proverbium esse de rebus in summo periculo constitutis monet scholiastes, ἐπὶ παρομία ἐπὶ τῶν ἐπικινδύνων πραγμάτων. [f] *Erasmus* (ex *Theocriti* scholiis) deduci putat *à circulatoribus qui in acie gladiorum ingrediuntur; aut ab iis qui ferrum manu contrectant.* [g] *Eustathius* autem *à vulneribus quæ jam*, utpotè aliter immedicabilia, *sectionem postulant*: ἐπὶ τῶν τραυμάτων ἤδη τομῆς δεόντων. Ego potiùs à maleficis jam plectendis, vel ab hostiis sub cultro constitutis translatum censeo; quo sensu [h] *Horatius*, *Fugit improbus, ac me Sub cultro linquit.* Alteram loquendi formulam, ἐν χρῷ, [i] superiùs nobis exhibuit *Sappho*. Ejus usus apud authores varius; est ubi certum [k] tonsuræ genus, quod πάρειον vocant, designat. De quo & aliis latè [l] *Hadrianus Junius*. Aliàs, *in proximo*; ut [m] ἐν χερῶ τῦ κινδύνε γένεδ. Atque inde [n] ἐν χερῶ μάχεδ, est *commissis pugnare*; & οἱ ἐν χερῶ, *amici, intimi*: quo modo

b *Halicar. in Iseo, & Athen. l. 8.*
c *Demetrius Phal. et Halic. in methodo panegyr.*
d *Iliad. κ.*
e *Herod. Lucian. in Iove tragœdo. Soph. in Ajace flagell.*
f *In Chiliad.*
g *Ad Iliad. κ.*
h *Ser. l. 1. sat. 9.*
i *pag. 49.*
k *Hesych. Arist. sch. in Avibus. Comment. de Coma. cap. 6.*
l *Synes. ep. 4.*
m *Dion l. 50.*

o Sat. 3. modo ° *Persius*, *Ego te intus & in cute novi.* Hoc est, *Cornuto* interprete, *in animo & in conscientia.* Plura suggeret p *Franciscus Vi-*

p De idiotismis 6. 9. *gerus.*

Ἐν δὲ μᾶλλον ὁ Θουκυδίδης.] *Thucydides* etiam hyperbatis nimium quantum delectatur: quo nomine apud q *Halicarnassenum* vapulantem vide.

q De Thucyd. charactere.

P. 91. Αὐτίκα (φησὶ) λαὸς ἀπείρων, &c. Male metuo ne gratis dicat interpres hæc *Thucydidis* esse; quæ unâ tantùm litterulâ immutata, cujus etiam vestigia in Ms. deprehendimus, nullo negotio in carmen, nescio cujus poëtæ, coalescent. Sic ergò,

——— Αὐτίκα λαὸς ἀπείρων.
Θωὸν ἐπ' ἠόνεσσι δυσαήμοισι κελάδησαν.

Statim infinitus populus ad littora ruebant, & divisi clamaverunt.

P. 93. Παντα χοῦ κώδωνα ἐξηρτῆσθαι λέγων σοφιστὴν.] *Tintinnabula ubivis suspendere sophistam sapit.* Hæc sunt quæ *tympana eloquentiæ* vocavit r *Fabius*: *timinitus Gallionis* legimus: Et *Ciceronem crepitaculum fori* salutatum. Hinc κώδωνα *experimentum facere*; vel quòd vigilum insomniam, vel quòd coturnicum, seu etiam equorum pugnacitatem tintinnabulis explorare solebant. Sic s *Comici* Scholiastes ἀντὶ τοῦ κώδωνα, διαπειρᾷ. μετῆκται δὲ ἀπὸ τῶν * ὄρνιθοτρόφων τοὺς κώδωσι διαπειρωμένων οἱ ἐγρηγόρασιν οἱ ὅπως τοὺς φυλακὰς τεταγμένους. Οἱ δὲ κωμικοὶ, ἀπὸ τῆς ὀρνιθο-

r Lib. 5. c. 12.

* Author dialogi de oratoribus.

s Ad Lysistratam. * χ. ἀλεκτρυόνων.

φασὶ μετὴχθαι τῷ λέξιν· τοὺς δὲ ὑπομείναντας τ' καὶ δωδεκαετίας ἔχειν τοὺς μάχιμους. Ἔνιοι δέ φασι καὶ τοὺς ἵππους καὶ δώδεκα ἐξετάζειν.

Ἔπειτ' ἡ Πελοπόννησος &c.] Locus integer sic habet. [t] Οἷς δὲ ἐπιτετεύχασιν ἐν Λεύκτροις, οὐ μετρίως ἐχρήσαντο τῇ εὐπραγίᾳ· ἡ Πελοπόννησος ἅπασα διεῖστήκει. *Suis ad Leuctra successibus non usi fuerunt moderatè; deinde tota Peloponnesus in factiones erat divisa.* Vbi à plurali transit ad singularem. Quod etiam in sequenti exemplo contingit. [t] *Demosth. de Corona.*

Καὶ δὴ Φρυνίχου δράμα, &c.] Locum hunc primus, ex [u] *Herodoto*, adduco. Ἀθηναῖοι μὲν δὴ ἄλλων ἐπαίνων [u] *In Erato.* ἐπῆλθον ἐπὶ πᾶσι ἐμβαλόντες τῇ Μιλήτῳ ἁλώσει, τῇ τε ἄλλῃ πολλαχῇ, καὶ δὴ καὶ πάντων Φρυνίχῳ δράμα, Μιλήτου ἅλωσιν, καὶ διδάξαντι, εἰς δάκρυά τε ἔπεσον τὸ θέατρον καὶ ζημιώσαντες μιν, ὡς ἀνακαλοῦντα οἰκήια κακὰ, χιλίῃσι δραχμῇσι· καὶ ἐπέταξαν μηκέτι μιηδένα χρᾶσθαι τούτῳ τῷ δράματι. *Athenienses autem Miletì excidium se molestè tulisse, tum ex aliis multis deolarârunt, tum ex eo quòd Phrynico fabulam edenti, quam de Mileti excidio composuerat, theatrum in lachrymas prorupit; eúmque, quòd domestica mala refricuisset, mille drachmis mulctârunt; addito interdicto, ne quis posteà eâ fabulâ uteretur.* *Phrynicum* intellige poëtam tragicum, (*Comicus* enim *Herodoto* posterior) quem *Suidas* falsò à *Persis* mulctatum narrat, quòd *Mileti* excidium in tragœdia repræsentâsset, Φρυνίχου αἱ

Πέρσαι

Πέρσαι χιλίοις ἐζημίωσαν, ἄλωσιν τειχομάχητον Μιλησίων. Non hoc *Persarum* factum, qui *Miletum* ipsi diripuerant, sed *Atheniensium*; uti *Herodoto* assentiunt [x] *Strabo* & [y] *Plutarchus*. *Miletus* autem urbs *Ionica*, adeò lutodiffluens, ut [z] *Milesia* carmina pro impudicis habita sint, non minùs quàm *Sotadica*. Et fabulæ quævis literariis ludicris refertæ, *Milesiæ* vocantur; quales sunt [a] *Apuleii*. Et [b] Μιλήσια σώματα ob delicias suas in proverbium abiere; ut quæ ipso somno *molliora*: [c] Πορφυρεοι δ' ὑπάπτης ἀΐω, μαλακώτεροι ὕπνῳ. Ἀ Μίλητος ἐρεῖ. Videatur & *Marcellinus l.* 28.

x Lib. 14. ex Callisthene.
y In præceptis politicis.
z Ovid. trist. l. 2.
a Capitolinum in Clodio Albino.
b Eustath. in Dionys.
c Theocrit. Idyll. 16.

Ad ea quæ hîc de mutatione numerorum, temporum, personarum, disserit author, adjunge (si lubet) exempla quæ ex *Homero* suppeditat author libelli de schematis *Homeri*, sive is *Plutarchi* γνήσιος, sive potiùs *Apollonii Alexandrini*. Nec non quæ ex *Thucydide* [d] *Halicarnassæus*.

d De charact. Thucyd.

Ἐν τῷ ἀπροσδόκητον.] *Hoc inopinatum*. *Sententia* authoris satis per se clara, non ἀπλῆ. Et plura in unum contrahere, & in plura unum dividere, utrumque sublimitati confert; idq; ob eandem causam, τὸ ἀπροσδόκητον scilicet. Quia conversio hæc præter expectationem contingit.

P. 95, ὁ δὲ Σοφοκλῆς ἀποσείεται τὸν Κύκνον.] Multifarias verbi Σοφοκλέω significationes habes apud Lexicographos Græcos, omnes sanè

tam

tam huic *Xenophontis* loco appositas, ut verisimile sit ad eum ipsum explicandum excogitatas. *Etymologus* apertè hic sumi monet ὀκνὸ τὸ ἀλγεῖν, pro *dolere*. Apud *Atticos* pro *ægrè ferre*, vel *palpitare*, vel ægrè ferentem *subsultare*. In *lexico rhetorico* pro δυσαναιτεῖν, *difficulter mori*. ματαίως ἀποθάνειν, *frustrà convelli*: vel ob vulnus recens exceptum subsilire. e *Hesych.* μὴ πονηρῶς τινὰ φῇς, μαίνεται τις, παραπήγνυται ἀπὸ τραύματος ζέοντος.

P. 97. Περὶ τῶν Ἑκαταίου] *Hecataeum Milesium* intelligit, historicorum, qui solutâ oratione scripserunt, primum. Historiam suam sic auspicatus est. f *Suid.* g *Demetrium Phaler. de elocut.* Ἑκαταῖος Μιλήσιος ὧδε μυθεῖται. Τάδε γράφω ὡς μοι ἀληθέα δοκεῖ εἶναι. *Hecataeus Milesius sic memorat*, &c. Quam formam ab eo mutuati sunt, & *Herodotus* ejus æmulus, & *Thucydides*. In hoc autem *Hecataei* loco vel (cum *Stephano*) pro ἡμῶν, ὑμῶν lege: vel interpretis, *Vos*, in *Nos* converte.

Εἰπιθῆναι δμώεσσιν.] Δμῶαι dicuntur *famulæ*, ut & Θῆσσαι. Hoc discrimine, quod hæ ordinariæ, illæ extraordinariæ & conductitiæ. Fundamentum suggerit *Homerus*. h Θῆτές τε δμῶές τε. h *Odyss. γ.* Vocabant autem servos suos *Athenienses* Θῆτας. *Lacedæmonii*, *Helotas*. *Cretenses*, Κλαρωτάς. *Syracusani*, Καλλικυρίους. *Thessali*, Πενέστας, non quidam à paupertate, uti perperam *Halicarnasseus*, ἐπάλυν γὰρ οἱ Ἀθηναῖοι μὲν Θῆτας, τοὺς πελάτας, ἀπὸ τῆς λατρείας. Θετταλοὶ δὲ πενέστας, ὀνειδίζοντες

ἔχοντες αὐτοῖς ἐυθὺς ἐν τῇ κλήσει τὴν τύχην. *Ipsò vocabulo fortunam eis exprobrantes*; πένεσθαι enim significat *pauperem esse*. Sed potiùs (ut i *Stephanus* ὁ πάνυ) ἀπὸ τοῦ πένομαι, quòd *struere, parare*, & *apparare* significat. Vti vel ex hoc ipso, quem præ manibus habemus, *Homeri* loco abundè patet:

i *Lib.* 4. *Schediasm.* 14. & 15.

Σφίσι δ' αὐτοῖς δαῖτα πένεσθαι.

P. 103. Θήλειαν νῦσον.] Inter grammatici virtutes est quædam nescire. Quem morbum historicus *fœmineum* appellat, nec satis scio; nec, si scirem dicere velim.

Ἐπίτηδες αὐτὸ τὸ σχῆμα ἡ ἀφέλεσθαι.] *Præcipua res est Periphrasis si non affectata sit.* Rectè quidem, nec figura ulla sublimitati magis inservit. Facile esset exemplis in medium productis rem illustrare: inter multa judicet lector de Periphrasi qua vesperam circumloquitur ingeniosissimus vir k *Famianus Strada* sub persona archipoëtæ. *Cœlum ex Cyclopedi no*

k *Prolus. Acad. l. 2. prol. 6.*

Nocturnus tunc Argus erat.

Cùm scilicèt minores stellæ enciperent solem cadentem. In hisce nimius notatur l *Alcidamas*; uti & hìc *Plato*; & apud m *Athenæum* ὀνοματοθήρας ille sophista *Demades*; qui ephebos vocavit ἔαρ τοῦ δήμου, *Ver populi*: mœnia autem ἐσθῆτα τῆς πόλεως, *vestes civitatis*; tubicinem item κοινὸν Ἀθηναίων ἀλέκτορα, *publicum Atheniensium gallum.*

l *Aristot. Rhet. l. 3. c. 3.*

m *Lib. 3.*

P. 105.

P.105. Οὐκέτι Θρηϊκίης ὑπηρέφοιεν.] Quamvis *Anacreontis* hoc (quod sciam) non extet; conjicio tamen poëtam lyricum hoc velle, se usque adeò amore distineri, ut *non jam ulteriùs Thraciam* Orphei lyram *curet*.

P.107. Δεινὸς ἀναγκοφαγῆσαι πρόγματα.] *Hesychio* ἀναγκοφαγεῖν est πρὸς ἀνάγκην ἐδίειν ὅπερ ἀθληταὶ πάσχουσιν. *Ex necessitate comedere, quod athletis contingit.* Hunc *Theopompi* locum rectiùs exponit *Longinus*, sumi scilicèt ἐπὶ τῶν αἰσχρῶς καὶ ῥυπαρῶς πλημμόνως καὶ μὴ ἡδονῆς ἕνεκα πλεονεξίας καρτερούντων. Illius *Dionysii* opus, quod περὶ ὀνομάτων ἐκλογῆς *Melitio* suo [n] promittit, si extaret, æquiori animo hujus nostri hiatum ferre possimus. Ego ad hunc fontem spectare puto voces istiusmodi quas nos compositas, *Græci* συνθέτους vocant; quæ si aptè adhibeantur poëtam non dedecebunt; quanquam à soluta oratione prorsùs exulare debeant. Istiusmodi ἱππολάμονα ῥήματα in *Æschylo* tragico non immeritò exagitat [o] *Comicus*. Vti & in [p] *Lycophrone* aliisque *Aristoteles*. *Latini*, quibus non licet esse tam disertos, hâc ex parte modestiùs peccant: præsertim antiquioris ævi; citerioris enim ætatis homines ingenio suo nimis indulserunt; atque inter eos, (quem vulgus hominum pro *Darete Phrygio* recipit,) author poëmatis de *Bello Trojano*: apud quem legas

Monstripari pacem pelagi. Et,

Ventri-

n *Lib.* περὶ συνθέσεως ὀνομ.

o *In Ran.*

p *Rhet* l. 3. *cap.* 3.

Ventripotens ponit genius. Et
Falsigraphos commenta docet. Aliáque id genus satis multa. Genuinus autem (ut hoc ὡς ἐν παρόδῳ moneam) istius operis parens fuit
q *Balæus ex Lelando* q *Iosephus Devonius, Exceſtrenſis*, qui poema illud ſuum *Baldwino Cantuarienſi* Archiepiſcopo dicavit; cujus non contemnendum elogium, quia in impreſſis non extat, hic è manuſcripto ſubjiciã. Poſt illa,* Quo præſide floret
* *Lib. 1. paulò poſt principia.* *Cantia* & in priſcas reſpirat libera leges, ſequitur, (cit

In numerum jam creſcit honos; Te tertia poſ-
Infula; jam meminit Wigornia, Cantia diſ-
cit,
Romanus meditatur apex; & naufraga
Petri
Ductorẽ in mediis expectat cymba procellis.
Tu tamen occiduo degis contentus ovili.
Tertius à r *Thoma, Thomaſq; ſecundus &*
alter;
r *Intelligit Sanctum Thomam Cantuarienſem.* *Sol oriens, rebus ſucceſſor, moribus hæres.*
Felices quos non trahit ambitus, &c.

Ἕως ὅλον καταχορδίων ἑαυτὸν διέφθειρεν.] *Donec totum ſe reſcindens perierit.* Ita quidem, nec malè, interpres. Apud s *Herodotum* locus hic paulò aliter legitur. Vox καταχορδίω, ἀπὸ τῆς χορδῆς, quæ & inteſtinum, & chordas ex inteſtinis factas ſignificat. Erítque τὴν γαστέρα καταχορδίειν, *uterum ita diſcindere ut inteſtina diffluant:* vel, ſi ad antecedentia reſpiciamus
s *Lib. 6.*

ciamus, ubi *Cleomenes* ἐπιτέμνει καὶ μικρὰ τὰς σάρκας, *carnem suam in longum discindit*, κατακρεουργεῖν erit *chordarum in modum concidere*. Demum, si hunc ipsum *Longini* locum per se solum consideremus, verba illa, τὰς ἑαυτοῦ σάρκας κατατεμὼν εἰς λεπτὰ, *carnes suas in minutas partes concidit*, facilius, ut sequentia, κατακρεουργῶν ἑαυτὸν διέρχεσθαι, non aptius reddi posse putem, quàm *ex sespso factum faciens interiit*. Sic enim loquitur *Pyrgopolinices* iste apud *Plautum* de macharâ suâ, [t] *In milite glor.*

Quæ misera gestit factum facere ex hostibus.

Nunc video cur non partitione *facta* dicantur κρουόμενοι citharorum *chordæ* vocaminis; cùm ex intestinis æquè confecta sint ac nec diversum prorsùs ab hac expositione abierit doctissimus Scholiastes, qui κρεουργεῖν interpretatur *secare*, addit que insuper τὰς τῶν ἀρνῶν [u] *Ad Arist. Steph. Equites.* φωνὰς, *vocem hanc ab arte farciminum venditoris desumptam esse*, scilicet qui carnes in id munus destinatas in frusta secant. Nec ab hac significatione multùm abludit altera illa *Herodoti* vox κατακεκρεουργῆσθαι, quam etiamnùm fœce vulgi traduxit [x] *Hæc enim adradunt* idiotam: hoc est, proximè ad eum accedunt, & tantùm non attingunt. Sic poëta, *Radit iter lævum interior.* Et *Propertius*, *Al* [y] *Æneid. 5. lib. 3. in somnio.*

terremur equus, alter tibi radat arenas.

CAP. 10.

Ἀκρωτηριάζειν. Περιτιτεῦν. Γυναικωνῖτις, & ἀνδρωνῖτις. *De Platone & Lysia crisis. Antiquitas vocis* Καθολικὸς *asserta. Theocriti Bucolica. Eratosthenis Erigone. Hyperides.* Πενταπλᾶ. μυκτῆρες, *& nasus Atticus. Nilus. Ætna crateres.* ποτάμιοι τυφῶνες. *Polycleti* ἀκρόχειρες.

P. 108. Ἠκρωτηριασμένοι τὰς ἀκοὰς παίζοντες.] Ponitur hic passivum ἠκρωτηριασμένοι pro activo ἠκρωτηριακότες. Est autem propriè extremas corporis partes rescindo; metaphoricè ἀκρωτηριάζω, idem quod λυμαίνομαι, *pernicium infero*: Quia scilicèt [a] οἱ λυμαινόμενοι τοῖς ἀνδράσι τὰ ὦτα ἀφαιρεῖσθαι αὐτῶν τὰ ἄκρα: vel quòd antiquioribus convictis aurium extremitates amputare solebant; [b] ὅτι οἱ παλαιοὶ τὸν ἐπί τινι ἀποτμηθῆναι κολάσεις ἐπιβεβλημένον, τὰ ἄκρα τῆς ἀκοῆς ἀπέτεμνον. Neque de aurium solùm, sed & narium amputatione dicitur; inde [c] ἀκρωτηριάζειν τοὺς ῥῖνας & [d] ἀκρωτηριασθέντων τὰ πρόσωπα. Quin & manuum pedúmve detruncatione; hæc enim membra [e] ἀκρωτήρια vocantur.

a Harpocrat. in ἀκρωτ.
b Etymol. in ἀκρωτ.
c Athen. l. 5.
d Plut. in Alcib.
e Thucyd. lib. 2.

P. 109. Τῇ ἐλευθερίᾳ σπενδόντες.] *Libertatem suam propinantes.* Hoc est χαρίζεσθαι *gratis concedentes*. Metaphora ex antiquo more translata, quo reges in festis vinum prælibantes,

libantes, ipsum etiam poculum, cui visum est, porrigentes dono dabant: [f] ἀπίεναι μηδὲν πίνοντας· καὶ τότε παρείχοντο ᾧ αὐτὸς ἐβούλοντο καὶ πλεῖν κελεύειν καὶ ἐκάλειτο συμπίνειν. Quod de *Philippo* refert [g] orator; Εἴ τινα τοῦτο καὶ δεινὸν ἦν, ὅτι πολλάκις ἀγγέα καὶ χρυσᾶ σκεύη ἔπεμπεν αὐτοῖς. Dies autem quo hoc peractum [h] ὀρκωμοσία vocabatur. Simile quid observat *Pindari* Scholiastes, in illa verba, Φιλίαν δὲ εἴτις ξεῖνον ἐπὶ νᾶσον ἐλθὼν συμπίνειν. *Si quis Philiam genero propinare donet.* συμπίνειν λέγεται τὸ αὐτὸ τῷ κεράσαι τὸ ἀγγεῖον χαρίζεσθαι: *Simul cum diluto vino poculum donare*; unde Anacreon, ἀλλὰ σύμπινε φαίδιμος· ἀφίει, ἀπίει. [k] *Eustathius* item negat συμπίνειν propriè esse ante alium bibere, sed poculum alicui præbere ut ante ipsum bibat. Hinc factum ut συμπίνειν sumatur pro gratis prodere, vel donare: quomodo hunc *Demosthenis* locum exponit Harpocration, συμπεπαικότες αὐτῷ προδεδωκότες, ἐκ τῶν παρὰ τοῖς ξένοις καὶ κήρυκι. Συμπεπαικέναι περὶ τῶν πολλὰ ὑφ' ἁρπαζομένων, &c. Hæc enim interpretio eruditum criticum aliqua fuit oneris parte in restitutione loci istius levare poterit.

[f] Suid. & Vlpian. in Demosth. de ei mysteriosb.

[g] De falsa legat.

[h] Suid.

[i] Olympion. od. 7.

[k] In Odyss. 1.

[l] Sic & Hesych. & alii.

P. 111. Παρὰ Ξενοφῶντι.] *Apud Xenophontem humanæ tabernaculi anatome pompaticè* [l] *depingitur.* Cum fortè intelligit, ubi prodentiam ait visum βλεφαρίδες δυσῶσι, *palpebrarum foribus præcludere*; & cùm usus postulat

[l] Απομνημ. Socratis lib. 1.

ſtulat ἀναπτύνυται, καὶ ὑπὸ ὕπνου συγκλείεται; *expanduntur, ingruente ſomno clauduntur.* Et, *ne venti officiant*, ὀθμὸν βλεφαρίδας ἀμφύσαι, ὀφρύσι δ' ὑπερτείνουσι τὰ ὑπὲρ τῶν ὀμμάτων: *ciliorum cribra ordinare; quin & ſuperciliorum ſugrundiis qua ſupra oculos ſunt muniri.* Ubi & alias corporis partes, ſed minori pompâ exponit.

Ἀναξωγορείοις ἔοικε καὶ τοῖς περὶ Πλάτωνα.] Locus hic è *Platonis Timæo* hinc inde deſumptus, nec eiſdem prorsùs verbis, nec ordine ſervatis.

Καὶ συέιγγας ἐντὸς ἔχουσι οἷον ἐσπόγγους.] Ita ex *Platone* colligunt codices recentiores; atqui & *Kobertelli* editio, & MS. *Junianus* habent συέιγγας καὶ ὑπομάλαγμα: utrúmque forſan non malè. Μαλάγματα autem, apud alios Caſaub. thores ἐκ πολιορκητικῶν, vocantur omnia corex *Philone.* pora mollia, quæ ad eludendos tormentorum ictus ante muros opponuntur. Et favet quod ſpongiæ comparat *Plato*. Sic enim ille, συέιγγας ἐντὸς ἔχουσι, οἷς αὐτὴ κατατετρωμένη. Neque hic, neque in ſequentibus ἐπὶ πόδα *Platonem* expreſſit. Quòd *Platoni* eſt γυναικωνῖτις καὶ ἀνδρωνῖτις οἰκήσεις, hoc à *Longino* γυναικωνῖτις & ἀνδρωνῖτις appellatur: uterque inſtitutum patrium præ oculis habuit; apud *Græcos* enim pars ædificii, in qua mulieres lanificio & textrinæ operam dabant, *gynæconitis* dicta eſt; altera verò in qua viri ſine interpellationibus mulie-

mulierum versantur, *andronitis*. Plura *Vitruvius*, [o] *ubi de Græcorum ædificiorum dispositione & nominibus agit*. Hinc *Antisthenis* illud [p] se à *Sparta* venisse *Athenas*, ἀπ' ἐκ τῆς γυναικωνίτιδος εἰς τὸν ἀνδρωνίτην. Cui per omnia simile [q] illud *Alexandri Molotti*.

o Lib. 6. cap. 10.

p Theon. Prog. c. 5.

q Apud Gell. l. 17. c. 21.

P. 113. Ἐπὶ τούτοις καὶ τὸν Πλάτωνα ἐκ ὀνείρου διαφθεῖραι.] Inter eos qui *Platonem* hoc nomine reum peragunt agmen ducit *Halicarnassæus*, qui passim cum *dithyrambici* cujusdam tumoris incusat, & cincinnos orationis fugillat: uti & [s] *Aristides*. Locum, quem è legibus profert hìc *Longinus*, agnoscit [t] *Plutarchus*.

s In Platonicis.

t De audiendis poëtis.

Ἀξ' οὐκ ἄξιον ἔτι διαπραξῆσαι πρὸς αὐτῷ τούτῳ καθολικῶς.] Vocis hujus, καθολικῶς, hìc ab authore positæ contemplatio facit, ut in cognatæ dictionis ætatem, *Catholicus*, inquiram. Prodiit apud nos, non ita pridem, [u] author melioris notæ; qui, inter cætera, *de symbolo Apostolico* agens, ut ab *Apostolis* eum compositum non esse probet, (quod ego nunc non ago) hoc pugnat argumento: *Apostolicis* temporibus *Ecclesiam* non fuisse, nec dici potuisse *Catholicam*; imò vocem istam, (*Catholicam*) tunc temporis prorsùs ignotam. Illud ego nego, pernego; ut concedam titulos epistolis [x] *Catholicis* ab aliis quàm authoribus longò post adscriptos fuisse. Certè vagiente adhuc in cunis Ecclesiâ, vocem hanc à scriptoribus etiam ethnicis communi usu protritam fuisse

u I. D.

x Iacobi, Petri, Iohannis, & Iudæ.

penitùs negari, viri est in authoribus istis non versatissimi: Componite togas, audietis. Habemus *Hermetis* λόγον καθολικὸν, ad *Tat.* Catholica syderum errantium, apud [y] *Plinium*. Catholica veterum [z] grammaticorum. Sed hæc utcunque ad *Christi* tempora proximè accedant, forsan non eoúsque pertingunt. Quid ergò reponet [a] *Nigidio Figulo*, qui ante Christum natum, *Cæsaris Julii* temporibus scripsit: ἐγὼ ταύτην νῦν ἐφήμεσα βεργιλιανὴν καθολικὴν ἀλλὰ μόνης εἶναι τῆς Ῥώμης ἔνεκεν. *Brontoscopiam suam non Catholicam, sed solius Romæ esse voluit.* Quid item *Halicarnasseus*, testi omni exceptione majori, qui *Augusto* seculo floruit? ille quippe non solùm vocem hanc ipse usurpat, [b] Εἰς καθολικὸν ἐγὼ ἔντεχνόν τινα ἐπίληψιν ποιῶν, sed etiam communi usu apud rhetores protritam indicat, [c] ἃ ἐγὼ καλῶ καθολικὰ κεφάλαια. Et idem planè agnoscit [d] *Quintilianus*, *Precepta quæ καθολικὰ vocant, id est, (ut dicamus quomodo possumus) universalia, vel perpetualia.* [e] *Et ab iis dicuntur quibus καθολικὰ vocant.* Sic & *Troilus* sophista, καθολικὰς ἀρχὰς, & καθολικὰ τέλη agnoscit.

P. 115. Τὰ ἐν πάντι ἀκριβῆ, κίνδυνον σμικρότητος.] *Quod omni ex parte accuratum est, in parvitatis discrimen incurrit.* Quæ in hanc sententiam differit hìc *Longinus* (non minori facundiâ quàm judicio) eadem latiùs exequitur [f] *Daniel Heinsius*. Et sanè plures sunt

y *Lib. 1. in anatypoſe lib. 2.*

z *Heraclidis apud Apollon.*

a *Ad finem libri* περὶ βεργιλιανοσκοπίας.

b *De ſtructura nominum.*

c *De eo quod in exercitationibus inartificioſum eſt.*

d *Inſtit. l. 2. c. 13.*

e *Id lib. 8. cap. 5.*

f *In prolegomenis ad Heſiodum.*

sunt authores qui (ut ait ille) *in eo peccant quod nihil peccant.*

P. 119. Καὶ τοῖς βουκολικοῖς ὁ Θεόκριτος.] Hæc antiqua inscriptio fuit, [g] *Theocriti Bucolica*; non (ut nunc habemus) *Idyllia*: & *Theocritum* ipsum βουκολικὸν nomine à veteribus citatum, sicut *Homerum* Poëtæ, loco è *Pindari* scholiis addueto, ostendit elegantissimus [h] *Heinsius*; uti & (è *Servio*) Idyllia Bucolica *Theocriti* decem tantùm agnovisse veteres; quæ, ut plurimùm, versibus constant *Bucolicis*; qui scilicet [i] *in quarta regione dactylum habent, finientem partem orationis.* [k] Alii & primum pedem dactylum esse debere præcipiunt.

Ἐγεννήθη ἐπὶ τῆ Ἑκτόμβα.] *Eratosthenes Cyrenæus* l *Callimachi* poëtæ discipulus, cognomento βήτα, & πένταθλος, & *Junior Plato*; inter cætera poëtica scripsit & *Erigonen*; de qua & patre *Icaro*, & cane *Neæra*, quam *Hyginus* corruptè *Meram* vocat, vide, si lubet, authores mythologicos. Obiit *Eratosthenes* Olympiade CXLVI. *Ptolemaicæ* in *Alexandria* bibliothecæ curator; cui in isto munere successit *Apollonius Rhodius Argonauticorum* author; qui etiam de [m] *Archilocho* scripsit: è septem illis poëtis quos [n] *Pleiadas* vocabant unus; uti & *Theocritus*, *Aratus*, *Nicander*, *Homerus* tragicus, *Byzantius*, & *Lycophron*: *Ion* autem *Chius* (ut reliqua hìc subtexam) poëta dithyrambicus, quem ἀοίδιμον ἀσίης, *Sydæ*

g *Sic Apollonii schol. lib.* 1. *Et Hermogenes περὶ ἰδεῶν. l.* 2. *cap.* 3.
h *Lectionum Theocrit. c.* 1.
i *Diomedes. gr lib.* 3. *& Probus in Virgil. Buc.*
k *Servius, ibid. ex Donato.*
l *è Suida.*
m *Athenæus.*
n *Tzetzes in Lycophr.*

o *In pace.* *Eorum* vocatu incœperit *Aristophanes*; causam reddit doctissimus *scholiastes*, quia odeh fecerat, cui principium, Ἀστὴρ ἀερσίπους ἀέξεται εἰνοδίῃ, κεχλιδὼν πλάνητι παρέρχομαι, *Stellam aëripedem augmentat sydus præstolamur, solis cubantes ad aram teambulonem.* Et ex his versibus statim fato concessit. Opera ejus, ætas, aliáque ibidem recensentur. Dramata ejus alii quadraginta asserunt: fabulas intellige, uti & *Œdipus* hic *Sophoclis* drama; non enim magis opus fuerat [*actum*] vertere, quàm ut *Victorius* apud *Phalereum* pro *Homeri* γεράνῳ reponendi ὄρνεα: neque enim *Homeri* solius scripta, quæ à literis nomina sortita sunt, γεράνους vocantur; sed & alia quævis etiam solutâ oratione exarata.

p *Ammonius diff. vocum.* P. 121. Ὑπερίδης Δημοσθένους πολυφωνότερος. *Hyperides Demosthenes multò vocalior*, vel *sonantior*. Quid de hoc oratore senserunt veteres videre est apud *Halicarnassæum*, & *Hermogenem*, q qui μέσην τινὰ ὑπέσχετο, *tumidam quandam sublimitatem* ei tribuit.

q Περὶ ἰδεῶν, l. 2. c. 11.

r *Festus.* Ὡς ὁ πένταθλος.] *Ut quinquertius.* Sic enim antiqui eos vocabant qui in quinque iisdem se exercebant, jactu disci, cursu, saltu, jaculatione, & luctatione. Quæ omnia uno versu conclusit s *Simonides*,

s *Antholog. l. 1. c. 1.* Πλήθει, πεδίλοις, δρόμου, ἀκοντίοις, πάλαι.

(In quem satis multa *Brodæus*) qui contra *Vallam* & *Volaterranum* docet alium esse

πένταθλον,

adducto inter
alios Aristotelis loco; ubi qui crura velociter
moyere, δρομικοὺς; qui stringere & tenere,
qui ictu depellere πυκτικοὺς; qui in utris
que his excellis, καὶ ἀμφοτέρων κρατοῦντας;
& qui in omnibus his, πεντάθλους. Atqui enumerârat tantum quatuor certaminum genera, quæ perfectum τέλειον non absolvunt. Corrige ergo, cum Beroso Eugubino,
Μυστῶν πολιτικῶν τε καὶ γυμνικῶν ἀγώνων
καὶ ἱππικῶν.] Nasum Atticus etiam apud Latinos notatus. Et eleganter Cassius de Pompeio, Nos illum deridemus, sed timeo ne ille nos gladio αἰτιᾶται.] Ἀλλὰ νῦν ὁ λόγος ἐπὶ τοῦτον.] Utrum seu Danubium, & Rhenum Germaniæ fluvios noster hic confundere videtur. Nilum Ægypti Homerus Ægyptum, Hesiodus Nilum vocat; quo argumento hunc illo juniorem fuisse contendit Eustathius. Nilum Ægyptii pro Deo venerati sunt, & à tempore quo fluere incipit, annum suum auspicabantur, hoc est, ab ortu canis. Nilo autem juxta numerales literas annum Ægyptiacum designant totidem ferè dierum CCCLXV. Cui etiam ἐνιαυτῷ sunt Μείζονι, & Ἀλλ' ἐνιαυτῷ.] Crateres & pocula significant & has Ætnæ fauces; quod Lucretius de Empedocle laudandi materiam præbuis, qui

t Rhetor. l. 1. c. 5.

u In loco.

x Senec. suas.

y Ad Odyss. δ.

z Censorinus de die natali.

a Lib. 3.

qui in crateras hosce se præcipitem dedit. Ἐν δὲ κρητῆρσιν ἄϋπνον ἔχουσι πῦρ ἀΐδιον, *Ignem bibiſſe ſub crateribus ſempiternis.* Nec Ætnæ tantum, ſed & aliorum montium *crateras* vocari docet [b] *Ritterſhuſius*; & *Muſæus* primum carmen, quod ad *Orpheum* ſcripſit, cratera appellavit. In *Sicilia* etiam *crateras implacabiles*, quos *dellos* vocabant, ex *Polemone* aliiſque *Græcis*, de *Falciis* agens oſtendit *Macrobius*, quibus de crimine ſuſpectos explorabant. Ut & in cratere illo, quem deſcribit [d] *Philoſtratus*, quem ignem Veniæ, πῦρ συγγνώμης, vocabant *Indi*. Multa id genus habuerunt veteres; πυρὸς ἐμπύρου φόβρον (apud *Sophoclem*) *ferrum ignitum* legimus, quo reos probare ſolebant. Et *os veritatis Romæ* etiamnum extare accepimus; æneum caput aperto ore, quod inſerto pejerantis digito ſuâ ſe ſponte concludere ſolebat. [f] Aquam zelotypiæ *Judæos* habuiſſe nemo eſt qui ignorat. Et in eundem uſum *Conſtantinopoli* olim columnam quandam ſeu ſtatuam *Veneris* habuiſſe ex *Chronico* notat [g] *Gualtherius*; quam prætergreſſa non ſignati floris mulier pudendum cogebatur oſtendere: quam ea de cauſa ſoror uxoris *Juſtini Cæſaris* demoliendam curavit διὰ τὸ μὴ αὐτῆς τὸ αἰδοῖον φανῆναι μωχθηρόν. Et majores noſtri *ignem* & aquam [h] *Ordealem* è *Germania* huc tranſvexerunt. Hinc *Erotici* Scriptores probas ſuas excogitârunt; *Chariclia* apud

b *Ad Oppiani Kuny.*

c *Macrob. l. 3. c. 19.*

d *De vita Apoll. l. 3. cap. 3.*

e *In Antig. ad verſ. 269. ubi Schol. Callimachum adhocat.*

f *Numer. cap. 5.*

g *Ad Eumathium.*

h *V. Lambard. in Archæonomia.*

apud [i] *Heliodorum* τῆς ἐχάρης, *Leucippe* apud [i] Æthiop. lib. 10.
[k] *Achillem Statium* τῆς φερεφόνης, *Ismene* apud [k] Lib. 8.
[l] *Eumathium* τῆς Ἀρτέμιδος πάγης, & *Cratander* [l] Lib. 8.
apud [m] *Prodromum* τῆς ἐλαφρίου φλόγος judi- [m] De Dosicle & Rhodanthe, l. 1.
cium subeunt.

Ποταμοὺς πυρὸς ἐκβάλλοντας.] *Fluvios ignis effun-*
dunt. Quod noster hic per circuitum, illud alii [n] In Phædone.
aperto capite dixerunt. [n] *Plato*, πολὺ δὲ πῦρ, καὶ
πυρὸς μεγάλους ποταμούς. Et ille ex quo hæc de
Ætna transumpsit *Lenginus*, *Pindarus*, nec- [o] In prometheo.
non & Æschylus. [o] Hic de Oceano, ἐνθεν ἐκ-
καλύπτεται πᾶσα γαῖα πυρὸς ἀθανάτους ἐκχύσεις
γενέσθαι. [p] Ille de Ætna, Τοῖς ἐφ' ὑμῖν πᾶσι τὸν [p] Pythionic. 1.
πλείστου πυρὸς ἐκβρύσαντα ἐν μυχοῖς πέτραις
ἀμείλικτον μὲν ἐκπέμψαντι.

P. 129. Οὐ διωκόμενον ὑπὸ τῆς ὁδοῦ ἐξαγαγεῖν
ἐλαύνων.] Non assequitur interpres; redde ad
sensum, invidi licet, nemoque adeò tamen ita
demens incurrere potuerunt, quin.

Πολυκλείτου ἀγωνίους.] *Polycletus Sicyonius*
Statuarius Doryphorum fecit, quem [q] *Plinius* [q] Hist. lib. 34. c. 8.
viriliter puerum vocat; *juvenem scilicet* [r] Lib. 5. cap. 12.
bellicosum aptum vel militiæ, vel palæstræ;
sic [r] *Fabius*.

Cap.

CAP. XI.

Parabole, icon, & metaphora quid differant. Μεγάλα, paroxytonum. Epistola Laconica. Λεχὲς ἀντιαζομὲς. Plasma. Theopompus. Stigmata, Ἑκατὸν τάλαντα, Pygmæi, Nani, Ἰου βαῖνε. Διηγήσεις.

P. 131. Ταῖς δὲ μεταφοραῖς μεγίστην αἱ παραβολαὶ ἔχουσι συγγένειαν, &c.] Inter metaphoram, parabolam, & iconem quid intersit (utcunque *Longinus* intercederit) aliunde scire non est difficile. Sunt quidē inter se cognata, ita ut similitudinem rei cum re latiùs exequatur parabola, seu collatio, strictiùs insinuet icon & metaphora; atque illa (ut plurimùm) in sententia posita est; hæ sæpè in dictione consistant. Parabolæ characteristicum hoc, ὅμοιον ἐστὶν ὥσπερ εἰ. *Simile est* ac si. Iconis signum ὡς. Metaphora nudam vocem pro voce ponit. Ut, *Non oportet Magistratus per sortes eligere; simile est enim, ac si quis athletas sortiatur non certandi peritos, sed qui sortitò obtigerint*; Parabola est. Et qui de *Achille* dixit, ὡς τε λέων ἐπόρουσι, *tanquam leo irruebat*, iconem fecit; si (dempto ὡς) dixisset tantùm, λέων ἐπόρουσι, metaphoram fecisset.

a *Aristot. Rhet. l. 3. cap. 4.*

P. 133. Τὰ μεγάλα ταπεινὰ ποιοῦσι.] Sunt nonnulli inter scholasticos hujus ævi doctorculos, apud

apud quos μεγάλα efferre, & non μάλα, piaculum esset quod multa supellex virgea non purgaret. At nos ferulæ manum subduximus, nec veremur antiquorum praxin adversus literatorum offucias tueri. Obliqui enim sequuntur formam recti sui genuini, & non mutuatitii casus, quod si heteroclitorum non esset, μεγα & faceret. Plura videre est apud *Etymologum*, cui si quis nupperus grammaticaster se opponat, scio quid docturi sunt, [illegible]] Hiulcam his interpretationem sic emendo: *Illos hac in loco, gladiis se propugnantes (qui adhuc ei superfuerant) barbari manibus pedibusque impetrantes obruebant.* Hic, quale illud, quæso, dixerit, *Armatos oribus impetere?* quale item illud, *Telis obrui?* Locus est de recentis illis *Laconibus* qui *Leonidâ* duce ad *Thermopylas* contra *Persas* pugnantes interierunt.

P. 135. "Ὅτου ἐν ἀστεῖος γλυκὺς ἔστιν ἐπιστολὴ Λακωνικῶν.] *Fundum minorem habuit epistolâ Laconicâ.* Utcunque *Laconicam* [illegible] nemo nescit; ego tamen vix dubito quin *Cornicus* hic speciatim respexerit epistolam illam quam in hæc verba rescripserunt. *Lacedæmonii Philippo,* Διονύσιον ἐν Κορίνθῳ, *Dionysius in Corintho est.* Quam epistolam penè ad proverbium notam ex [a] *Ciceronе* licet colligere,

b In λαῦς.

a Ad Attic.

b Περὶ ἑρμηνείας.

gere; Et *Demetrio Phalereo*. Hoc rescripto *Philippum* ab affectata in *Graecia* tyrannide deterrere volebant; siquidem *Dionysius*, nuperus *Syracusarum* tyrannus, jam imperio omni exutus, privatam pædagogi vitam in *Corintho* ageret. Videre ergo *Philippus*, ne ejus vitam imitetur, cujus exitum perhorrescit.

Περὶ τῆς ἐν Ῥόδῳ ἀποδημίας Cuthbertus Tunstallus.] De compositione orationis duos se libros conscripsisse hic testatur *Longinus*; sed quos injuria temporis nobis præripuit: eorum jacturam aliquatenus ex iis resarcire licet, quæ summi viri, *Halicarnassæus* & *Phalereus* reliquerunt.

P. 137. Κορυβαντιῶσι πλήκτης ἀπορεῖν.] *Corybantes* Jovis nutricii, *Rheæ* filii, quos alii novem, alii decem ponunt; hic dicti ἀπὸ τῆς κορυφοῦσθαι τὰς βάλανον ὀρχήσεως, *quia eum saltatione tintinnabula intrederent*. Illos *Homerus* ideò δαιμονίους vocat. Quia verò *Corybantes* saltare, & instinctu divino cieri solebant, ideò καὶ τοὺς ὑπὸ δαιμονίου τινὸς κινουμένους κορυβαντιᾶν φαμεν: qui furore correpti aguntur, *Corybantiare* dicimus. Quo sensu ad oratores transfertur, tum ab hoc nostro, tum a *Themistio*. Quin & eos, qui *parentibus oculis dormiunt*, Κορυβαντιᾶν Græci dicunt. *Corybantiasmum* Scaliger interpretatur *morbum imaginosum quem vetustas a Corybantibus immitti credebat*; quo affectu vide-

c *Aristoph. Sch. ad Lysistr.*
d *Strabo. lib. 10.*
e *Odyss. θ.*
f *Suprà, pag. 19.*
g *Orat. 1.*
h *Plin. lib. 1. c. 37.*
i *In illud Catulli ep. 12. Solet æs imaginosum.*

videbantur sibi auribus canoriorum fororibus personari. Confirmat adducto *Platonis* loco, & illo insuper [k] *Varronis*:

Levisomna meus sonorinas imagines
Affatur; vanumbrantur somno populo.

Neque hæc tamen *Scaligerum* ab [l] *Hieronymi* & *Mercurialis* convicijs immunem præstiterunt; cui, nec mitiùs, postea respondit [m] *Scaliger*.

k *De Promotheo.*
l *Var. lect.*
m *In notis ad Eusseb. anno 420.*

P. 143. Καὶ ὁ φίλος Φ.] *Philistus*, historicus *Syracusius*, qui *Dionysii* res gestas scriptis mandavit; [n] aliquo fidei detrimento. *Hermocratis* σύγχρονον & imitatorem ponit *Halicarnassæus*; necnon *Thucydidis*.

n *Pausan. Attic.*
o *In Isæo.*

Τῇ πολλῶν ἀπολογίᾳ.] *Theophrasti* illud ab interprete adductum vertit [p] *Boulengerus*, postquam ad fictionem vocis ventum est. Et eò refert etiam illud [q] *Persii*. *Liquido enim plasmate guttur Mobile colluerit.* Cæterùm ego quod à præceptore duduum didici etiamnum retineo; *plasma* eò loci sumendum pro potionis genere, quo declamaturi ad vocem molliendam utebantur.

p *De Theatro, lib. 2. cap. 8.*
q *Sat. 1.*

Εὐριπίδης ἐν τῇ Ἀντιόπῃ.] *Dirces* à privignis suis *Zeto* & *Amphione* ad indomitum taurum crinibus religatam egit *Euripides* in tragœdia, quam (ut ex [a] *Hygino* conjicere est) *Antiopam* inscripsit, non *Dircen*. Eam post *Euripidem* finxit *Ennius*; sculpsit totam ferè fabulam *Taurisius*; quam ex uno marmore

a *fab. 8.*

more *Rhodo advectam*, olim in *Asinii Pollionis* ædibus, nunc in *Farnesiana Romæ* videre est. Cujus ectypon expressum habemus apud *Baptistam de Cavalleriis*.

h *Antiquarum statuarum urbis Romæ l. 3. pict. 3.*

P. 145. [Ἐν χορῷ τινὸς ἄδειν κανταδόρου πρότερον ἐκδιδάσκοντος.] *Ut cum chorо aliquem ἄδειν cantitem prius exhibuerant.* Hoc est, idem agit quod Chorodidascalus, seu magister Chori, facere solebat, τὸ ἐκδοτήριον, sive (ut hìc) cantûs fundamentum iis præeundo suggerens. [Ἐξήγησιν γράφει τοῦ τόπου, ἣν παρεφθάρθαι φησὶν ὁ Δίων.] Interpres corrigit *Dionem*, sed *Stephanus*, in eadem sententia. Quod sequitur, ὅτι ὁ Ἰσοκράτης ἐμιμήσατο τὰ ἐκ τραγῳδιῶν ἁρμόττοντα τῇ λέξει, sic reddo; *Rursus constat ea quæ protracta sunt ex tragœdia & languida esse, ut poterunt quæ intempestive prolixitatem adversantur.* Græca nonnihil luxata sunt. P. 147. [Ὁμοίως καὶ Θεόπομπος ἐν τῷ πρώτῳ] *Theopompum Chium* intelligit, quem supra *Isocratis* discipulum diximus, itaq; *Isocratem omnibus in dicendo inferiorem*, ὁ ἀσθενὴς καὶ Ἰσοκρατικὸς τὸν τρόπον. De Dictione ejus non idem omnes judicant. *Dionysius* eam suavitate destitutam censuit, ἀτονίᾳ τῇ πρὸς ἡδονὴν ἀκροατοῦ, contrà quàm *Halicarnassensis*, qui phrasin ejus ἡδυσμένην, *jucundis lenitatibus fluentem* ei tribuit. *Phalereus* sic statuit, eum ἁπαλὸν καὶ ἁπαλὸν λέγειν, ἐκόμα *Hermogenes* imitatione indignum censet. *Theopompum* hunc animi deliquium ad triginta

c *Photius bib. Cod. 176. ubi plura.*
d *Ibid.*
f Περὶ ἑρμ.
g *De formis lib. 2. cap. ult.*

dies

dies passum esse, qui nonnulla è sacris literis in historiam suam transcribere ausus esset, refert *Iosephus*. h

P. 149. Διονεὶ στίγματα κατάστικτα.] *Stigmata* propriè sunt notæ quas vel mancipiorum, vel militum, vel etiam malefactorum vultui manibúsve inurebant. *Latini* i *Threicias literas* appellant. *Graci Samias*; k *Suidas* & k *Apostolius* referunt *Samios* ab *Athenienſibus* bello captos noctuâ signatos; *Athenienſis* ab eis famenâ. Hinc servi stigmatiei dicti. Quin & l calumniatores literâ *K* notati; si authorem petas, non invidemus Critico quod tantopere flagitavit, *Lipsius invenit*.

h *Antiquit. l. 12. cap. 2.*

i *Tull. offic. lib. 2.*

k *In Paræmia* Σαμίων δῆμος.

l *Elect. l. 2. c. 15.*

Θύλακοι καὶ σάκκοι καὶ χάρτα βιβλίων.] Veriorem puto m *Athenæi* lectionem, in qua χάρτα non habentur.

m *Lib. 2.*

Quas hic (Sectione 39) corruptæ eloquentiæ causas attexit; easdem planè & author dialogi de oratoribus, & *Seneca* protulerunt: & de principali succinit n *Halicarnasseus* qui *Romam* rerum dominam eo nomine nonnihil perstringit. αἰτία δ' οἶμαι καὶ ἀρχὴ τῆς τοσαύτης μεταβολῆς ἐγένετο, ἡ πάντων κρατῆσαι ῥώμη, πρὸς ἣν ἅπαντα ἀναγκάζεται τὰς ἄλλας πόλεις ἀποβλέπειν.

n *Epist. ad Ammæum.*

P. 153. Πῶς ποτε καὶ ἡ ἡμετέρα αἰὼν, &c.] Non totalem hic ingeniorum defectum deflet, sed sublimium; ætatem suam in aliis satis feracem agnoscit; quod vel non vidit, vel dissimulavit interpres: quem restituo. Qui

fiat

fiat quòd ſeculum noſtrum ingenia ferat ad perſuadendum nata, & ad cauſas agendas, acria item, perſpicua, & quæ in ſermonis deliciis ſummè luxuriant; at ſublimiora paulò, & quæ magnitudinem præferant, niſi rara admodùm, non ulteriùs compareant.

Τὰ περικείμενα ἐν δὲ πολιτείαις ἔπαθλα, &c.] Ecce hic vocem, ἔπαθλα, quam ſemel tantùm, apud *Euripidem*, legi perperàm notavit [m] *Vlpianus*. Ponitur hîc pro præmiis iſtis quibus Reſpublicæ Oratores ſuos honorare ſolebant; qualia invenio, [n] Στεφάνους, ἀτελείας, σίτους, προφυλακάς, καὶ τὸ ἐπισίδιον, coronas, eáſque aureas, ſumptu publico procuratas; immunitates à tributis & penſionibus; victum de publico, *Athenis* quidem in *Prytaneo*; quod (ut alia multa) etiam ad poſteros deſcendit [o] μέχρις ἥβης, *uſquedum duodeviceſimum ætatis annum pertingerent*, ut exponit *Scholiaſtes*; purpuram geſtandi privilegium, & ſacerdotium adminiſtrandi. Vitâ functis autem epitaphia, ſepulturam publicam, columnas, & ſtatuas decernebant; quod de [p] *Zenone* legimus aliiſque.

m *Ad Demoſth. Philip. 1.*

n *Philoſtr. in Hermocrate.*

o *Thucyd. lib. 2.*

p *Laert. lib. 7.*

q *Hom. Il. γ. Ariſtot. hiſt. an. l. 8. cap. 12 Philoſtrat. in v. Apoll. l. 3. c. 14. & lib. 6. c. 12.*

P. 155. Οἱ Πυγμαῖοι καλούμενοι νάνοι.] De *Pygmæorum* gente, quam alii [q] aſſerunt, alii negant, alii [s] dubitant, non inquiro; conſtat hîc *Pygmæos* nil aliud quàm pumiliones ſignificare; *Græci* πύγμας & *nanos* appellant; quam vocem apud *Tyrrhenos* erronem ſignificare

r *Strabo lib. 1. Gell. lib. 9. cap. 4.*

s *Plin. l. 7. cap. 2.*

(neſci

(neſcio quam verè) admonuit [t] *Tzetzes*, & *Ulyſſem* ideò ſic vocatum: νάν ὁ Ὀδυσσεὺς ἀπὸ Τυρσηνοῖς καλεῖται, ἀλλὰ τὸ ὄνομα τὸν πλανήτην. Vox autem *nani*, ſolum vertit & in *Latium* migravit, ob quam [u] *Laberius* cenſuram incurrit. *Helvius Cinna* etiam de mulis aut equuleis humilioribus dixit,

At nunc me geniana per ſalicta
Binis rheda cupit citata nanis.

Quos hic *nanos* appellat, eos [x] *Ariſtoteles ginnos*; cui γίννοι in equis idem ſunt quod μεταίχμια in porcis; μεταίχμιον autem porcellus iſte minimus qui ex utero ultimus prodit.

t *In Lycophr.*

u *Gell lib. 16. c. 7. & l. 19. c. 13.*

x *De generat. animalium. l. 2. c. ult.*

Διὰ τὸν φαινόμενον τοῖς σώμασι δεσμόν.] Malim τοῖς σώμασι, neque enim ſatis ſcio quomodo vinculum *oris* circumpoſitum auctioni impedimento ſit, ſi non & totum *corpus* involvat.

P. 157. Ἴσα (φασὶ) βαίνουσα.] Proverbialis locutio; ἴσα βαίνειν alicui dicitur, qui ejuſdem ingenii eſt, qui pari paſſu procedit, qui per omnia reſpondet; [a] *qui continuò cum eo verſatur, nec unquam recedit*, ut [b] ἴσα βαίνων Πυθοκλεῖ. Et [c] παρ' αὐτὸν ἴσα βαίνουσα ἑταίρα πολυτελής. *Pari paſſu cum eo incedens delicata amica.* Et [d] *Philoſtratus* de *Æſchylo* loquens, ὀνειρεύεται δὲ τὰ ὑποκείτας ἀνεβίβασεν, ὡς ἴσα ἐκείνης (τῆς ἐκδοποιΐας ἡρώων) βαίνοιεν: *hiſtriones pulpitis ſuperimpoſuit, ut heroico apparatui in inceſſu prorsùs reſponderent.*

a *Harpocrat. & Suid.*

b *Demoſth. contra Æſch.*

c *Menander.*

d *De vita Apol. l. 6. c. 6.*

P. 159. Ἐπὶ κρίσει δεκαδεῖς.] *In judicio largi-*

tione corruptus. Vocem hanc δεκάζω licèt [d] Antiqui ad unum omnes ἀπὸ τῆς δεκάδος deducant, eò quòd ad prætorium vel ipsi judices *deni* convenientes munera [e] recipere, vel quod sycophantæ *deni* dare solebant; & huc etiam referant proverbium illud Λύκης δεκάς: invenio tamen mediæ ætatis authorem qui vocis originem ad decem Oratores refert; quos quia divites ad causas suas agendas pecuniâ conducebant δεκάζειν dicebantur; alii verò qui suas ipsi causas orabant ἀδέκαστοι. [f] Οἱ ἄρχοντες τῆς Ἀθηνῶν ἐπίπαν ῥήτορας δέκα, ὡς ἐάν οἱ ἐν τῇ πόλει ὄντες ἐμπέσωσιν εἰς συκοφάντας, ἵνα συγκαλῶνται ἐκ τῆς ῥητόρων τινὰς καὶ ἀφαιρῶνται τὰς αὐτῆς συκοφάντας, καὶ ἰσάζωσι καὶ λύωσι ἐν τῷ δικαστηρίῳ· τινὲς δὲ τῆς πλείονων παρέχοντες δῶρα καὶ τοῖς δέκα, ἐλάμβανον αὐτοὺς ἐν ταῖς οἰκείαις συκοφάντας, καὶ κατέβαλον τοὺς ἀντιδίκους. Ὅσοι δὲ, μὴ ἔχοντες τοὺς δέκα, τὰς ἑαυτῆς ἔλυον ὑποθέσεις ἐλέγοντο ἐκεῖνοι ἀδέκαστοι. Ego verò non improbabili magis conjecturâ ducor, ut asseram Decemviros illos (οἱ δέκα vocantur) [g] qui post expulsos triginta tyrannos summam rerum *Athenis* administrabant, originem suam huic voci dedisse. Vel potiùs à decem illis judiciis quæ *Athenis* fuisse novimus, quibus & decem judices præerant; δέκα δὲ ἦν τὰ δικαστήρια ἐν Ἀθήναις, ait eruditus Comici [h] Scholiastes; ubi & judiciorum formam, & judicum electionem, & quæ eò faciunt graphicè describit: locus dignus est qui apponatur,

d Harpocr. Suidas. Zenobius in λύκης δεκάς.
e Etymol.
f Anon. MS.
g Xenoph. ἑλληνικῶν, lib. 2.
h In Plutum.

natur, sed vereor ne lassatus dudum lector jam seriò inclamet

Ohe, jam satis est. ôhe, libelle.

Neq; inficias eo me provectum longiùs, quàm vel ipse optâssem: Cùm de edendo hoc authore primùm cogitavi, prospexi mihi de prioribus editionibus; apud me habui & *Graeco-latinam Gabrielis* de *Petra*, & *Graecam Crispini*, *Robertelli* alteram benignè nobis communicavit in reipublicæ literariæ bonum natus Clarissimus Vir *Patricius Junius*, bibliothecæ Regiæ Curator dignissimus; transmisit item & codicem manuscriptum, ipsissimâ πολυμαθείᾳ *Stephani* manu exaratum; illud enim me nescire noluit notissimæ eruditionis vir *Henricus Hammond*, Regiæ Majestati à sacris. Ego verò nullus dubito quin MS hic vel *Andreæ Dudithii*, *Itali*, peculium olim fuerit, vel certè *Didithiani* codicis apographum, duplici fretus criterio, altero, quod *Dudithius* se *Longinum* hunc transtulisse, & in lucem daturum pollicetur; altero, quod liber hic notulas subinde ad marginem habeat *Italicâ* linguâ perscriptas; quo fit ut *Stephano* abjudicem: accedit quod idem planè factum observamus in *Dionysii Halicarnassei* manuscripto *Saviliano*, qui ex *Dudithiano* descriptus est. Commentarium in *Longinum* scriptitasse patrem suum *Fran. Portum Cretensem* testatur *Æmilius f.* quem incassâ operâ diu quæsivi;

i *In Epist. ad Halicar.*

quæsivi; nunc verò ego is sum qui

——*Quem non invenit usquam*
Esse putat nusquam.

Hisce subsidiis instructus collatis exemplaribus variantes lectiones collegi; institueram ad finem operis sub aspectum dare, sed dubium erat an operæ pretium facturus essem; manuscripti textus vix aut ne vix discrepat ab editione *Robertelli*; margines correctiones habent satis multas, sed non alias ferè, quam quas *Crispinus* (ut auguror, exinde desumptas) exhibet. Unus autem locus illustrior, ubi scriptus lineas habet, unam vel alteram (sed censoriâ virgulâ transfixas) quæ in editis non conspiciuntur; pag. 123. lin. 9. post verbum ἀφίσατο sequitur, τὸ γέ τοι ἀεὶ * φρυγίας ἢ Ἀθηνογένης λογίδιον ἐπιχειρήσας γράφειν, ὅτι μᾶλλον ἂν Ὑπερίδου ζαύεσιεν. Quæ è margine in textum irrupisse censet (quem dixi) *Dudithius*; ita enim margines loquuntur. *Tutto questo dubito che sia stato trasportato dal margine nel testo; & che sia giudicio di qualchuno che biasima Longino perche dà tanti lodi à Hyperide.* Quæ præterea notatu non indigna sunt sub *Stephani* nomine in notis nostris hic illic posui: Illæ verò, seu legenti stomachum moveant, seu non omninò displiceant, supremum hoc lector) exorare liceat, *Scias cui debes.* Interea dum *Longinum* typis daremus, uti ne nudus (prout statui) non ignobilis author in pub-

* ἴσως φρυγός.

publicum prodiret, rogat, urget, ſuadet, perſuadet clariſſimus *Th. Wethereldus*; nempe imperare poterat; Tutor quondam, tunc Conſocius meus clariſſimus VIXIT; præmaturo ſcilicet fato, (ſi non Deo aliter viſum) ipſa hæc dum ſcribimus, raptus eſt. Longiori vitâ dignus, niſi quòd meliori dignior. Cujus memoriæ —— *Quam ſemper acerbam ſemper honoratam* habebo, ſequens carmen mœrens ſacravi; non ingenii certè, ſed affectûs indicium.

SI modò quæ citimo fiant mortalia mundo
Nec ſuperis neſcire datum, non impiger auſim
Supplice Te crebrò (WETHERELDE) *inceſſere voto,*
Quem, ſive extremi ſpatiâre per atria cœli,
Præmia per ſerum tantùm ſolvenda tribunal
Candidus expectans, ipſam ſive incolis aulam,
(Nec dubito) Chriſtóque *Tuo jam proximus aſtas,*
Tanget fortè mei quæ pridem cura relicti.
Hæc quæcunque damus poterant, (ni fata negâſſent)
Nomine tuta Tuo. ſed tunc à fronte legendo,
Pergere iter vacuum. Querimur ſociumque patrémque
Abreptum, & ſacri ſi quid mage nomen amici
Spondet & experti; quem tam ſenſiſſe benignum
Pœnitet; hinc damno pretium ſuperadditur; ex quo
Perdiderim, talem pars eſt habuiſſe doloris.
Pergis adhuc prodeſſe tamen, qui charior abſens
Efficis æternæ major ſit gratia vitæ:
Nam poſtquam tremulâ clauſi tibi lumina dextrâ,
Hinc cœli mihi crevit amor: veterémque ſodalem
Invidi ſuperis: qui vel plaudentibus aſtris
Notus ad Hebræos deducitur incola myſtas,
Excipit aut Illum Graio pater aureus ore

Anſo-

Ausoniόve Hipponis honos; quos plurimus olim
Versârat, sacri quærens mysteria veri,
(Quæ miseri nescimus adhuc) nec lætior ullo
Commensale Deûm gratatur turba minorum.
Hîc pietatis honos! WETHERELDI nomina sacro
Sub nimio nunc digna legi. Qui prælia vivus
(Iamtum Sapctè satis) ducit post fata triumphos.
Sic mihi vita fluat; nec me, statione peractâ,
Excipiant aliæ, quam quas geris ipse, coronæ.

FINIS.

MVSEVM BRITANNICVM

Errata typographica quæ vitia sic corrige.

Prior numerus pag. . . . lineam denotat.

EPistolæ primæ pag. 2. lin. 2. lege, *exaratos debemus.* p. 1. lin. 20. (ipsius operis) lege *solutiones.* 12. 9 le. eximium. 15. 17. le. τὸν. 16. 12. l. ἐα. 31. 2. l. ὃν ἔχειν ἐοίκασιν. 35. 2. l. ἠγνοίκασιν. 40. 4. l. *inornatâ.* 41. 10. l. ἐπιλέγειν. 51. 19. l. μετὰ. 55. 3. l. κυείσοντας. 61. 22. l. μεγαλοφυὴς. 62. 26. l. *contingentes.* 101. 19. l. θεμερίους. 105. mar. 6. l. *receptissimum.* 133. 10. l. ἐξαδικᾶ. lin. ult. l. τοῦ. 137. 1. l. ὡς δεινότατα.

In notis.

Pag. 26. lin. 8. l. Εἰνοσὼ. 42. 22. l. *appositè.* 48. 20. l. *commissos.* 54. 28. l. νοῦς. 65. 12. l. *profundo.* 68. 18. l. *quia.* & in mar. g. le. *Pall.* 91. 15. l. μυδεῖται. 98. 15. l. *Robertelli.* 90. 6. l. ἀνδρανῆτιν. 100. 1. l. *negare.* 102. 18. l. *Demosthene* 107. 10. l. *docti reposituri.* lin. 28. l. Διονύσιος. 110. 3. l. *expressum.* lin. 20. l. *isque.*